

~~8-1-52 C-5~~  
2 hoj. + 464 páq. + 8 hoj.  
(2 páq.) + 2 n. en bl.

23 Mayo 1912

Caja  
C-51

R. 30949

**FASCICULUS**  
**Concionatorius**  
**BIBLICO-HISTORICUS**  
 Scil  
**Brevis Commentarius**,  
 super aliquas Sacrae Scripturae  
 Historias ad Moralem sensum  
 directas

Laudate Nomen Domini. Ps. 112.





# Proæmium

Jucundum sane, sed & perutile, nunc mihi aggredior opus: jucundum ab eruditione, à condicentia utilissimum: est namque in animo, huc mihi sacras ex Bibliis Historias adnotare, ita ut rerum Chronologiam non protermissa, de selectis aliquot S. Litterarum textibus aliquas pro Concionibus deducam moralitates, dein facile amplificandas ope numeri absolutæ Bibliothecæ Concioratoriae: quod totum maxime conducet ad Scripturisticas de more publicandas Historias tempore Quadragesimæ; & ad Sacram, planè Christiano dignam, Eruditio-  
nem comparandam.

Non utique promitto, omnes  
enucleare rerum Series, neque omnium gesta Her-  
orum, sed breviter præcise Aliorum, sub qui-  
bus, & aliorum nonnunquam dñegetur notitia.  
ordinem servabo ipsius Sacrae Historiae, ut rela-  
tionis claritas exigit, Methodum vero, ut fini ac-  
commodeiorem ita habeo, ut in quavis Historia  
suo Capite distincta sex aut septem dividam  
Paraphrasis, sub quibus ~~admodum~~ Historie tex-  
tus brevi reflexione commentabor; gradatim  
ab Objecti orbe progredivs ad mortis occasum:  
Qui-

UNIVERSITATIS

DE  
LEIANA

quibus rite explendis adsit nobis copiosa Spi-  
ritus Sancti gratia, quæ & rerum narratione.  
intellexus nostros illuminet, & pia appli-  
catione voluntates inflammet, ut &  
nos aliquando, & alios illuminare,  
deinceps inflammare vicissim  
valeamus.

3.

**S**ed nè in horum decursu nimium habemus  
Chronologia reperiundæ laborem, ut que plura  
rerum historiæ ac moralitati plura dare possi-  
mus, tanto ad stricti brevitatæ servandæ proposi-  
to, sequentem in limine ipso apponimus tabu-  
lam veteris testamenti respectivas statas ac-  
curatè indicantem.

E.G.

SYNOPSIS CHRONOLOGIA MUNDI,  
SIVE TOTUS VETERIS TESTAMENTI  
AB ADAMO USQUE AD CHRISTUM

*Fins  
Hebdo-  
maum  
Danielis*

*Hujus Tabulae Inventor  
P. Henricus Samerius fuit  
eam vero a mendis quibusdam  
emendatam sic habet P. Cornelius a  
Lapide initio Commentariorum  
unde eam nos transcripsimus*

Pro Vsu Tabulae vrsice notabis, laterculum in quo concurrunt linea Tab  
annis scripto notatis ad Lateralia Trianguli continere, numerum annorum, quibus  
ab invicem distarunt ex Tempora Verbi gratia a Diluvio ad Romanam conditam Luxerunt anni 1542

EX PENTATEUCHO, <sup>Pagea</sup>  
Caput I.  
de Adamo.

Adam Hominum & Patriarcharum primus est, quem Deus à se conditi Orbi constituit Principem, & in Paradyso collocavit, adjuncta illi Eva in sociā. Abque hi parentes sunt omnium hominum, qui fuerunt & futuri sunt; atque ab iis Mundi enumerantur Anni usque ad Adventum Christi Redemptoris.

<sup>+</sup> Genesis 1. & 2. §. I. Adami formatio  
& status innocentia.

Textus: Creavit Deus Hominem ad imaginem suam  
Adam jure Homo per excellentiam interpretatus,  
quod omnium primus existerit, a Deo creatus est sexto & ultimo Creationis die, à qua annus Mundi primus computatur. Creavit gratis liberè, ex puro amore, unde tot gratitudinis & misericordiae amoris emanant motiva. Creavit Hominem, id est rationalem discursus capacem, & gloriae æternæ heredem. Dominari iussit ceteris creaturis, ut ei essent in vita sustentationem, recreationem, & liberum usum.

Hominem posuit Deus in paradyso voluptatis à se plantato à principio, ut esset in figuram paradii caelitis, in quem dein transponendus erat.

Sed Creaverat Deus hominem formans eum de limo terra, ut sane aliquando ad humilitatem deservit hæc aliqua originis vilitas, nè homo superbiens

UNIVERSITATIS

DE  
MANA

2. desideraretur, ut Angelus, per propriam complacē-  
tiam.

Sed tamen creavit ad imaginem suam, inspir-  
rans in eum spiraculum vītæ seu animam Erinis  
ditatam distinctis potentiis, quibus intelligeret, vellet,  
& rememoraretur. Quia vero homini non erat bonum  
esse solum de una costarum ejus fecit ei De-  
us adjutorium simile, deditque Eum in sociam,  
ne homini deesset Societatis ad consorūm, & huma-  
num commercium utilitas, nec similitudinis ambi-  
bilitas: erantque similes in natura, essentia, dotibus  
& proprietatibus, soloque sexu distincti ad bonum mul-  
tiplicationis.

Accedunt bona status innocentiae originalis,  
quia voluntas imperturbata passionibus aut pra-  
vis concupiscentiis semper ferebatur in bonum na-  
turaliter honestum, sequebatur que rationis serenæ dic-  
tamina, amplectens rectum, & malum aversans, ob-  
sequentibus mira subjectione cunctis corporis sensi-  
bilis, articulis, & partibus, ut mente non depravata  
gubernatis: hinc oculus visam nuditatem non eru-  
bescebat, quia visa objecta inordinate non appetebat;  
sic que sensus cæteri iustos naturæ non excedebant  
limites, quia ob innocentiam deerat appetitus ad  
mala inclinans, & deralque in omni mohuetiam  
internarum potentiarum ordo mirabilis, æquitas,  
simplicitas, & ingenititas stupenda nimis! O! si  
in eo statu homo persistisset! ☺ S.

§. II. Adam labitur à statu  
innocentiae. (genesis c. 3. usque ad)

3.

Textus: *Vidit igitur mulier, quod bonum eret lignum  
ad vescendum, & pulchrum oculis, aspectu que  
delectabile, & tulit de fructu illius, & comedit:  
deditque viro suo, qui comedit. v. 6.*

Constituto sic homine in voluptatis paradiiso, illo  
que tot beneficiis praevento, voluit Deus hominis  
probare fidelitatem, gratitudinem, atque erga se sub-  
jectionem, vel in re minima, concedens que amplissi-  
mum super universos tanti Paradiisi fructus dominum  
unicè præcepit illi, ne de ligno scientia boni & mali  
quod in medio paradiisi erat, comederent aut illud  
tangerent: præceptum profecto objective parvum  
sed ex circumstantiis gravissimum, & ex mortis co-  
minatione observati utilissimum, ex gratitudine  
vero & requiriuum.

Neque, ut dictum est, erat illud  
in Adamo transgressionis incitativum, sed nec in  
Heva uxore, propter utriusque innocentiam: ve-  
rum Diabolus nuper e calbo lapsus serpente in-  
duit cunctis Paradiisi animalibus callidorem, cu-  
jus ore primo mulierem, propter sexum, faciliorem  
allocutus, persuasit ut comminationis Divinæ timo-  
rem deponeret, neque fidem ei daret: qua fide &  
timore sepositis, illico mulier objectum prohibitum  
ardenter ex visu appetit, mox tangendo lignum it-  
liud:

4. Uid, & inde tulit de fructu illius, sed & gradatim  
per prohibita præcep, & comedit, & comedendo totū  
transgressa est præceptum.

Sed quid inde? nonne adhuc Adamus in sua  
innocentia perstat: ita profecto, verūm, quæ prius  
utilis & jucunda illi erat societas, per transgressionis  
pravitatem insimili, jam periculosa evasit; Hęc  
enī ex societatis amore bona sua socio communi-  
cans fructum adeò bonum sibi visum. Marito Viro  
obtulit videndum, tangendum, & comedendum:  
Ecce ab extrinseco adest Adamo ad malum tenta-  
tio, non jactectui insidians, ut serpenti ad Eiam,  
sed voluntati ob uxoris amorem debiliori, & ad  
condescendentiam faciliori: unde statim non re-  
pulsa incitatione externa, ex visu consensit in-  
terne appetibili fructū bonitati, post appetens  
amavit, & amans comedit, comedens que de inno-  
centiae statu miserè lapsus est.

O qualis repente mutatio! jam Homo suam  
horret nuditatem, à facie Dei sui se abscondit.  
Vbi es, Adam, clamat revocans Deus, quasi dice-  
ret: putus ne vultum meum declinare? considera  
vbi sis, quò deveneris; quid feceris; ne à me recesser-  
ris, sed potius fatere culpam tuam; sed eheu! qui  
Deum presentem oblitus offenderat, se alloquenter  
& benignè ad vocantem non placat, fata facti con-  
fessione,

sed potius irritat propria excusatione, qua & 5.  
ipst̄ Deo exprobrare videatur quod mulierem ten-  
tacrem adinxerit, mulier quoque deceptorem in-  
cusans serpētem se pariter volebat excusatam :  
inutiles prorsus libere peccantium excusationes a-  
pud Deum, qui non ultra tentari permittit, quam  
tentatus resistere possit.

& sane si licet tantisper Divinæ permissionis  
causas inquirere, justissima videtur in Hominis  
lapsu, q̄t̄d adeo ingratu⁹ se gesserit erga Creato-  
rem, ut nec ullum gratitudinis verbum legamus  
protulisse, quo, & tōt ac tanta videretur agnoscere  
Beneficia, atq̄ debitam rependere reverentiam factori,  
ac benefactori suo, qui in ejus formatione, non, ut  
ad alia voce imperante Fiat, usus fuerat, sed cor-  
sulliva : Faciatus, non passivā, ut prior, & indefi-  
nitā, sed activā, & summi Actoris determinati-  
vā : quanto scilicet Adamus primō formatus, prima  
quoque sua vota Conditori gratias obhilisset, conser-  
vationis, & protectionis gratias implorans ?

### §. III. Pæna peccati in ipso Adamo.

(Genesis cap: 3. à V. 16.)

Textus: Eject⁹ que Adam, & collocavit ante Paradisum  
voluptatis Cherubim, & flammeum gladium at-  
que versabilem ad custodiendam viam ligni vi-  
tae. V. 24.

Culpam justè sequitur pæna, quæ illi sit propor-  
tionata

G. ta: unde cum Adam peccaverit abusus Paradi-  
si voluptatis, de eo iustissime ejicitur à Deo excessū  
voluptatis ejus privatione puniente: Adam pecca-  
vit gula, & plnitur abstinentia cibis lotioris, addic-  
tus ut comedat herbam terre; noluit tantisper la-  
borare ut non comederet, nunc in sudore vultus co-  
giter vesci pane; & ipse met terram operari, quæ  
prīus de se fructus ferebat; peccavit in obediētiā, pu-  
nitur servitute; cupiebat superbè esse sicut Dens, &  
Deo humiliatur pulvis vocatus, & in pulvrem rever-  
situs, sibi commissum Paradisum male rexit, &  
ideo alius ei custos substituitur, ei que minacibus  
armis ingressus prohibetur; Deo non credens funes-  
ta convincitur experientiā; atque immortalitatem  
non estimans, morti subjectus efficitur; ut qui pac-  
tum cum Deo transgrediens (cor. 6.7.) prævaricatus  
fuerat, Divinam viciscim, quasi ex pacto, experire-  
tur comminationem.

Atque ita Adamus in hoc  
naturæ lapsæ statu, sihi in ultimam incidit  
calamitatem, cum jam omnia in ipsis sint mu-  
tata detrimentum, quæ prius ei placabant donu-  
tum: non amplius illi terra ridet, sed maledic-  
ta in opere ipsis spinas, & tribulos germinat;  
jam illi cœlum non præbet illam aeris serenita-  
tem, animalia induunt feritatem, & quidquid  
in ejus utilitatem conditum fuerat, ei vertitur in

supplicium: sibi met ipsi jam gravis est, torquen-<sup>7.</sup>  
te remorsu conscientiae, perturbante sensuum om-  
nium rebellione, bellaque intestina movente.<sup>8.</sup>

deplorandæ peccati sequelæ! ò innumera culpa-  
damna, quæ sensit Adamus in corpore & anima,  
interius & exterius, ut & pœnas luceret mens, quæ  
pravum dederat assensum, voluntas, quæ consensū,  
& memoria, quæ motiva retrahentia fradiderat  
oblivioni; nec non & corpus, sensus que exteriore*s*,  
quiibus ad ipsam ventum erat executionem; sic  
que in iis ipsis in quibus peccaverat Adamus pu-  
nitus est, sed, eheu! non ipse solus, ut enim ab il-  
lo cuncta nobis bona originaliter emanatura e-  
runt, sic & miseria fontaliter decurrerunt, ut  
mox videbimus.<sup>9.</sup>

#### S-IV. Pœna peccati in Adami posteritate. (Gen: cap: 3.)

Textus: Maledicta terra in opere tuo, N. 17.

Ecce sententiam nostram simul in Adæ sententia  
promulgatam: Deus qui remunerandam ipsius obe-  
dientiam decreverat in tota ejus posteritate, ma-  
ledictionem errantis extendit pariter ac omnes,  
per illius carnem viliatam concupiscentialiter ge-  
neratos, non tam imitationis exemplo quam pro-

8.  
pagationis, & originis vitio. omirum peccati  
damnum, quo prius sumus perdit, quam natu:  
Adam peccans quasi fermentum totam corru-  
pit massam, ut truncus vitiatus, ramos vita-  
vit ac fructus, & velut semen putridum tota  
infestavit terram.

Ex eo itaque semine ortum est tantum  
miseriarum chaos, falsitatem, & iniquitatem,  
quibus homines affliguntur: Multiplicabo, ait  
Deus x. 16. ad Iesum, & in illa ad nos, multiplic-  
abo querinas tuas, & concephus tuos, vere mul-  
tiplicate queruntas in pestilentis, fame, bellis,  
terre, marisque periculis, temptationibus, passio-  
nibus, afflictionibus, terroribus, morbis, & morte  
en vita plena laboribus & sudoribus, quam De-  
us Adae prædixit x. 17. & quare hoc: quia, in-  
quit, audisti vocem uxoris tue, quam profecto me-  
lius morientium maliter vocare matrem potuerat,  
quam viventium x. 20.

En quoque spinas & tribulos, quos germi-  
nat terra nostra, & quibus adeo fungimur  
per ricas, discordias, invidias, aversiones, pul-  
vis sumus ex levitate & inconstantia, vento va-  
nitatis huc illuc agitati; & in puluerem rever-  
timur, terrena sapientes, & dum per gratiam

sublevati, statim ad insimā denuō venientes, p.<sup>2</sup>  
catorum pondere deprimitur in terram ubi per  
vanitates iterum dispergimur. Quanta huma-  
na naturæ ab Adamo infelicitas, in quo omnes  
(Christo excepto) per naturam, & Maria per gra-  
tiam) peccaverunt, inde que nascuntur filii ire  
impietati, morti que subditi, in malum proni ab  
adolescentia, quorum vita mortalitatem est: unde be-  
ne quidam cecinit:

{Vnde superbit Homo, cuius concepsio culpa,  
Nasci poena, labor vita, necesse mori? }

Alias peccati poenas ac funestas sequelas, ut sunt:  
Diluvium (Gen: 7.) Destructiones civitatum, Gen: 19.  
& aliae, in aliis ad quas pertinent, historiis propri-  
us notibimus.

### S. V. Adami Filii immediati.

(Gen: c. 4.) —

Textus: Adam vero cognovit uxorem suam Hiram:  
qua concepit & peperit. v. 1.

Crescite, & multiplicamini, dixit Deus Adamo &  
uxori ejus. Utique non creverunt in sensu mo-  
rali, ut ex dictis de peccato eorum patet, unde po-  
nas & tribulationes multiplicatae sunt; physice  
tamen, ex Dei fine, creverunt, & multiplicati sunt,  
ut terram replete: hoc que ope naturalis con-  
cursus utrinque, ex quo filiorum procreatio or-  
ta

ta est. Peperit ergo Eva primogenitum Cain, & à Deo accepit him merito testatur dicens: Posse di hominem perdeunt. Dein peperit secundum Abel, in quorum historia non parum prodierunt pri-  
mi peccati insignia.

Cain agriculturam sectatus est, ut verificaret, insudore vultus vescendum pa-  
ne, Abel autem fuit pastor ovium, ut in labori-  
bus comederet, ablatu jam hominibus dominio in  
omnia pleno, solum que relicto libertatis jure in  
proprio appetitu regendo. At Cain qui malitiam  
propriae dignisse videtur, invidia capitur in Abel  
qui meliorem sortitus erat animam, quod ad hujus  
non ad suā Deus respexisset munera: cuius di-  
versitatis rationem non obscurè insinuat sacra  
pagina dicens, Cainum de fructibus utcumque ob-  
tulisse, Abel vero de primogenitis & adipibus sui  
gregis.

Mox Cain ex ea invidice fratrem in agro  
seductum interfecit. & ecce brevissimè expleri in-  
cipit a Deo lata in homines non mortis sententia.  
Cain que sui peccati longas dedit pœnas vagis  
& profligis super terram. Atque ex his Adam  
inhobedientiae sue tristes quotidie capiebat fruc-  
tus: dedit tamen illi Deus loco Abel filium  
alterum nomine Seth, qui, ut & Cain, uxore

cognita, genuit filium; de Caino tamen non legimus ultra Henoch filium genuisse, sed in orientalem abiisse plagam, ibi que civitatem extulisse Henoch nomine imposito; Seth vero ultra Enos, alios genuisse habemus filios & filias; sed & Caino maledixerat Deus clamante sanguine Abel de terra; inde que indignus, qui terram fructu multiplicato replete, ipsa terra reluctantem eum aversante.

jam ex his primis mundi eventibus elucet illa veritas, quod unius assumetur, & alter relinquetur; ac Divinae Prædestinationis arcana obumbrantur non scrutanda, sed timore reverenti demiranda; hic quoque jam apparet mystica distinctione filiorum Dei, & hominum; educationis necessitas, & utilitas; & quam perniciuum sit vitam male capisse &c

Ulteriores Adami successiones clarius dabit Genealogica tabula affigenda.

## S.VI. Adamus moritur.

Genesis cap: 5.

*Nexus:* & factum est omne tempus quod vixit Adam, anni nongenti trigesita, & mortuus est. xl. 5.

Hic imprimitis anni vite computantur, qui anni veriis erant duodecim mensium ut nunc, non unius tantum mensis ad usum. Egiptiorum priscium, ut volunt aliqui, & quidem expediebat pro parentes

12. fuisse adeo longevos, ut citius homines propagarentur, & per longam experientiam scientias, & artes omnes perdisserent, ut que primi homines sicut creationis rerum, & deinde cognitionem & cultum posteris etiam remotissimis traderent. sed vero iron tam annorum numero, quam bono usu celebrandi sunt homines, ut non sufficiat dicere vixit, sed bene vixit, Deo vixit.

Adamum delicti pænituisse, indegenie à Deo personalem sibi veniam, ac remissionem obtinuisse, necnon & sapienter vixisse, non obscurè legitur Sap:cap:2. à v.1. ubi sic habetur: Hoc (sapiencia) illum, qui primus formatus est à Deo pater orbis terrarum, cum solus esset creatus, custodivit, & eduxit illum à delicto suo, & dedit illi virtutem continendi omnia: idem que & de Eva intelligunt interpres, ut vel in ipsis primis peccatoribus Divinam demiremur clementiam, & in pariendo misericordiam.

Demum Adam mortuus est: hoc commune omnium ab illo Epitaphium: Hoc testamentum hujus mundi: morte morietur Eccl:14.v.12. unde Seneca pulchre dixerat Epist:26. Incerhim est quo te loco mors expectet, sed tu itam omni loco expectas Sic que Adam in se ipso experitur sibi latam & in omnes senteniam: unde & S. Scriptura insin-

gulorum descriptione addit: & mortuus est, cunctis.  
cunctas hoc emblemate concludens Historias.

Adamum, & eam esse salvatos, traditio et  
ad eos certa, ut S. Augustinus & alii damnent er-  
roris in cratitas id negantes, & quidem tenentes  
multo & illi Adamum inter alios, imo prius alios  
sanctis resurrexisse cum Christo, juxta illud Matth:  
27. v. 53. Traditio quoque Jacobi Edesseni Magis-  
tri Stepharem, Adamum sepultum esse in Hebron.  
Dein & noemo tempore Silvii servatum, ac  
deum epus cranium in monte Calvaria condi-  
tum, usque ad dictum resurrectionem, ut sentire  
Palles communiter.

Atque haec est breviter relata Protoparen-  
tis Adami Historia, unde non pauca eius pos-  
sunt utilissima documenta, quibus Auditores  
ad peccati horrorem, ac virtutis amorem exci-  
tentur, exhibitis opportunis amplificationibus  
ex Bibliotheca parva, atque in ea vita's

Authoribus

Cap

Genealogia Adami per Seth usque ad  
Noe

Natus anno Mundi  
Munat

Mortuus anno  
Mundi

1.	Adam	930.
130.	Seth	1042.
235.	Enoch	1140.
325.	Cainan	1235.
395.	Malaleel	1290.
460.	Jared	1422.
622.	Henoch	vixit transla- tus in plagas in- notas anno 987.
687.	Mathusala	1656.
874.	Lamech	1651.
	Noe	

# Caput III.

De Noemo.

**S. I.** Noemi ortus, Nomen, & filii  
(*Genesis cap: 5. fine*)

*Textus: Lamech... genuit filium: vocavitque nomen eius Noe dicens: iste consolabitur nos... Noe vero cum quingentorum esset annorum genuit sem, Cham, & Iapheth ~ a. 28.*

Noemus natus est anno mundi 1056. ex patre Lamech agente 182. annum filio Mathusale. Est inter Patriarchas numero decimus. sed excellētia p̄p̄dīlī secundus; ei à Patre imponitur nomen Noe, quicō cessat & Requies vertitur à patre inquam, naturali, ut instrumento, sed a Patre lūmīnum ut auctore, cuius est rebus nominā appropriare futurorum prænūcialiū, sic & ad nominis impositionem statim sequitur —

iste  
consolabitur nos; omnia quippe Noemi opera  
ut videbimus, fuerunt totius humani generis con-  
solatoria, & veræ quietis conciliatoria, & quid  
mirum, cum ex mente ss. Patrum fuerit typus  
Christi maximi Consolatoris, qui dicturus erat: Ve-  
nite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis, &  
ego reficiam vos! Sic & Noe hominum labores  
ante diluvium plurimos sedavit Deo cīfaven-  
te, & in ~~tempore~~ completere qua de ipso nascente pre-  
dicta

Huc  
facit amor pacis & quietis inter discordes procur-  
randae, nec non affitorum consolatio, egenorum  
sublevatio, & alia misericordiae opera, quae Noe-  
mus in omnes homines exeruit, ut patres notant  
apud a sapide) sepeliendo peccata ad Liniu[m], agri-  
culturam modo facili inveniendo, Deum sacrificis  
placando ab hominum peccatis inquit, mundo Lei  
beneficentiam conciliando, & mala omnia prateri-  
ta reparando: ita ut tropologicè loquendo Noe  
symbolum sit iustitia quæ omnes consolatur, ut in-  
nuit s. Ambrosius L. de Noe c. v.

Fili Noe suc-  
cessive nati sunt: Sem, Cham, & Iapheth, ante  
quos & alios genuisse rationi consentaneum est,  
ne per se annos conjungio abstinuisse dicamus cu[m]  
Chrysostomo, si autem alias haberet filios, ante  
diluvium mortuos esse credendum est cum non no-  
minenhir in sacro testu post diluvium neque ante  
neque post illud, illud.

*sem perfectionem.  
Cham calliditatem  
Iapheth amplitudinem significat  
ex s. Cyrillo hom. 3.*

## ¶ II. Noemi Excellentia

*Genesis cap. 6.*

Textus: Noe vero invenit gratiam coram domino -- Noe,  
vir iustus atque perfectus -- cum deo ambidavit.  
- Fecit igitur Noe omnia quæ precepere illi  
*Deus. V. 4. 8. 9. 22.*  
Non qui scipsum commendat, sed quem Deus co-  
men-

16  
B

oendat ille probatus est ex Apostolo, sic Noe  
ab ipso Deo hic laudatus, qui certe unicus vere  
discernit, & dat unicuique secundum opera ejus.  
invenit Noe gratiam (magnum thesaurum) non  
utrumque, sed in oculis Domini, quae sola anxie re-  
quirenda est, non gratia & favores humani, qui  
perituri vani & inconstantes sunt, ac mendica-  
ces bonum vocantes malum, & malum bonum.

Noe  
vir iustus; non genere sed justitia laudatur, qua  
probator prosapia est, in qua consistit vera  
nobilitas, quam teste Nazianzeno, ratio & vir-  
tus efficiunt. Et perfectis studio nempe assiduo  
proficiendi in virtutibus, cauendi que à pecca-  
tis. & additur: in generationibus suis, seu præ-  
coeteris sui ævi hominibus, vel etiam in educa-  
tione filiorum, vel institutione sibi commisso-  
rum; aut tandem in actionibus suis, quæ sūt  
quasi liberi sui auctoris: item Eccl: 44. habe-  
tur: Noe invenitus est perfectus, justus, & in  
tempore iracundiae factus est reconciliatio, quod  
ultimo ipsi Noe nomini optime concordat.

Noe  
cum Deo ambulavit, quia semper Deum præse-  
tem recognovit, quæ unica recordatio ait S.  
P. 13.

Basilius, contra omnia vita medelam præ- 17.  
bet. Cum Deo ambulavit, quia vias Dñi consto-  
divit nil impie agens à Deo suo; quia de Deo  
assi dñe cogitabat, sic viam rectum secutis tem-  
pis redimens: hinc monet Hugo des. Vid: Omne  
tempus, in quo de Deo non cogitas, nocte repu-  
ta perdidisse, ♪

Fecit demum omnia quæ prece-  
perat illi Deus, etsi de se ardua & difficulta, Deo  
fidens; & quo vicissim in omnibus mirè juva-  
batur, ut ex obedientia loqueretur victorias:  
Fecit executioni mandans, & faciens quod in  
se erat: unde non denegabatur gratia; fecit o-  
nia nil pratermissens & magna exactione o-  
perans: quæ precepérat illi Deus, non se im-  
miscens causis aut curis alienis, sed attendens  
sibi, & solissibi commissis ♪

### S. III. Noemi Arca

Textus: Fecit tibi Arcam de lignis & vigatis, x. 14.  
{Gen: c. 6.}  
Iam incipit compleri Divina illa de Noemo  
promissio, nec non & ejus virtutum remunera-  
tio. Penitebat Deum facisse hominem, hoc est  
dona ei collata revocare decernebat, quia caro  
omnis corruperat viam suam, seu major homi-  
num pars in malum declinaverat, & vitiis vi-  
am

18 viam gratiarum occluderat, excepto Noe cu-  
suis, qui, ut a nomine Requies, viam pacis cog-  
noverat, & inierat: Volens ergo Deus telere ho-  
minem quem fecerat, & peccatorum sordes pa-  
nali inundatione lavare: unde via patet  
ad celum immaculata, viam Noe mundissi-  
mam voluit ab illa alluvione liberare, qui  
enim lotus est, lavatione non indiget.

Minc.  
Deus dicit Noe: fac tibi Arcam, seu cave ti-  
bi ab imminente periculo, ne ambules cum pec-  
catoribus, prosequere ambulans coram me, cos-  
titue tibi receptaculum, ab hominum tumultu  
segregatum. & quidem de Lignis cærigatis, seu  
per politis, ut via tua non maculetur nec illo  
impeditur offendiculo: alii verhant de lignis ce-  
dri, & de cedro factam esse Arcam docent SS. Am-  
bosius & Augustinus, ut ex cedri incorruptioni-  
tate significetur perseverantia in via manda-  
torum Dei habenda. Atque similiter ad mo-  
ralem sensum explicari poterunt illius Arcæ  
partes & constructio ~

Allegorice Arca est Eccl-  
esia in qua fideles ab infidelibus segregati  
bonis intendunt operibus. vel est Monastica  
clausura, ubi Religiosi in ipso mundi pelago

tu-

tute navigant. Tropologicè vero est anima  
sanctorum, omissis mundanis curis, in semet ipsa  
spiritualiter reclusa; arce longitudo fides; lati-  
tudo charitas; altitudo spes, oratio, contempla-  
tio; aquæ circumfluentes sunt tentationes, quæ  
nocere non possunt, si anima vndeque clausa ser-  
vatur.

In Arcam jussit Deus Noeum cum  
suis omnibus introire, ac cum ceteris ad  
victum, & futuram mundi propagationem ne-  
cessariis: volebat enim Deus Noeum servare  
ex toto incolumem, et ejus respectu posthac mu-  
ndum consolari, ut expulso veteri fermento, quo  
totam mundi massam corriperat, maneret fer-  
mentum sinceritatis & veritatis, quo deinde to-  
tus condiretur mundus, fieret que terra nova,  
jam ab omni malitia & nequitia expurgata.

#### IV. §. Noemus tempore Diluvii.

(Genesi's cap: 7.)

Textus: Aquæ diluvii inundaverunt super terram... &  
aque prevaluerunt nimis... renlansit autem so-  
lus Noe, & qui cum eo erant in Arca. N. 10. 19. 23.

Anno mundi 1656. ingresso Noe in Arcam cu-  
tibus filiis, uxore, & tribus tribus filiorum u-  
xoribus. Deus in sui decreti adimplitionem, quia  
Noe per anteriores annos centum incredibilis pec-  
catris suis

20 p̄dicaverat timendum, jussit ē cœlo per plu-  
viam & dierum cum noctibus, & ē terræ fon-  
tibus aquas emanare copiosissimas, quibus  
& montes excelsi cooperirentur, deterita inte-  
rim Arca Noe super aquarum superficiem  
ad instar navis. Capit autem hoc diluvium  
mense Mayo, sicut nos numeramus.

Diluvii spe-  
cies (ait S. Ambr: l. de Noe c. 13.) typus est pur-  
gationis animæ nostræ, cum mens nostra bo-  
nis cogitationibus veteris colluviem voluptu-  
tis abstergit, purioribus absorbens aquis. At-  
que diluvii prævaluerunt nimis omnia era-  
dicantes germina, quia nimis prævaluerat  
malitia & corruptio omnia devastans virtu-  
tum germina, soli octo supradicti ab inun-  
datione servati, quia soli veras virtutes fue-  
rant sectati ad Noemi exemplum, consilia  
atque documenta. O! quanti valent bonorum  
exempla, consorium, educatio!

Duravit diluvium  
per 150. dies, incipiendo à primo die, quo ce-  
pit pluere, & tunc Arca requievit in monti-  
bus Armeniæ etiatis aliis decem diebus, quibus  
aque decreverant. In hoc sane diluvio vere

de uaverunt flumina vocem suam, ut sciremus 27.  
quā mirabilis in altis dñis, cum tam mira-  
biles fuerint elationes maris Ps:92. Atque in  
his iudicij dies nobis tremenda adumbratur,  
dicente Christo Matth:24x.37. sicut in diebus Ibe,  
ita erit & adventus Filii hominis, Tunc enim,  
(ait Hugo Card.) angustæ erunt viæ vindique  
reprobis: Superiis iudex iratus, sub his horren-  
dum chaos, à dextris peccata accusantia; à si-  
nistris demonia ad supplicium trahentia;  
in his urens conscientia; foris mundus ardens;

Re-  
mansit autem solus Noe, quia iustis reper-  
tis, per gratiam ab iniquitate diluvio fuerat  
exclusus; remansit in Arca, quia mansit in  
Dei timore, in Dei amore, in præceptorum  
observantia; ideoque cum eo manserunt filii  
ut erant mundi renovandi bona ac fructifera  
germina, ut erant ex bona arbore decisæ; sic  
japhet occidentem populavit, Cham Egyp-  
tis, Sem. Hebreis originem dedit. sic que  
generalio rectorum benedicitur, potensque  
in terra est semen eorum, quod in seculum  
dirigetur. Ps:31. & Ps:

3.

~~~ §. V. Noemus post Diluvium ~  
 (Genesis cap: 8. & cap: 9.)

*Textus:* Locutus est autem Deus ad Noe dicens: egredere de arca... egressus est ergo Noe... & oblulit holocausta super altare. c. 8.  
 Bendixitque Deus Noe, & filii ejus. dicens: Ecce ego statuam pacum meum iubicatum... caputque Noe vir agricola exercere terram. sic. cap: 9.

Post dies illos 150. imminutæ sunt sensim aquæ diluvii, finitum que est diluvium omnino post septem menses à die quo decrescere coepit aquæ non enim Deus in æternum irascitur, sed piis orationibus placatis misericorditer cessat a flagellis. Cognovit Noe minorationem aquarum ex missa columba ore ramum olivæ reportante in arcam, oliva quidem & divina misericordia indicium, pasisque ac felicitatis symbolum passim dicunt Pahes. O mira Dei erga Noe, & ejus posteritatem beneficia! ante diluvium unum servandum, stante diluvio servat, & finito eo jubet egredi, benedicit, & mundi renovati principem ac Rechorem constituit.

Egressus Noe ex arca illico edificavit Altare Dñi, ei que oblulit holocausta super illud, sic que pro posse Deo pro acceptis referebat gratias, non, n̄ solent ingrati, beneficiorum oblitis, illud primum ab ingressu

gressu arce recognit, ut Deo gratias agat.  
oblatis reverenter holocaustis, nil volens de ob-  
lato reservare; atque inde est quod Deus obla-  
tionem ejus gratauerit, ulteriori-  
bus que eum donis minierit, promittens in ejus  
gratiam nobis omnibus misericordiam, atque  
humani generis in nos terum conservationem,  
& per illum propagationem.

Quare misericors

Deus pacum init cum Noe, de non inducen-  
do amplius diluvio super terram dedit que in  
signum Iridem. ut hys re naturali ut nobis  
anfore, in signum clementie: habet tamen ar-  
dis hic tres praecipuos colores, ut tres Theologi-  
cas virhites representet praecipue sectandas ad  
Dei trahendam misericordiam, sic per carnem  
colorum indicatur fides, per viridem spes; ac per  
rubicundum charitas, ut passim Doctores.

Post

haec ergo Noe, vitam in colendis agris transe-  
git, plantans, rigans, edificans, favens, Deo om-  
nibus incrementum conferente, ut notat Paulus  
Apostolus; sic & nos spirituali agro colen-  
do incumbamus efficaciter virhites in mysticam  
animæ nostræ terram, edificantes plantantes, ut  
spir-

24 spiritualibus mediis rigantes, sed nunquam  
de nobis ipsis pro incremento præsumentes, sed  
in solo Deo sperantes, qui semper adest facienti-  
bus quod est in se.

## §. VI. Noemi reliqua, & mors.

Genesis cap: 9. v. 21.

Textus: Bibensque vinum inebriatus est, & nuditus in ta-  
bernaculo suo... evigilans autem Noe ex vino... vit:  
Maledictis Chanaan ec... Vixit autem Noe post  
deluvium 350 annis, & impleti sunt omnes dies eius 950.  
et mortuus est.

Noe, cui primo carnium erat, ac vini potus  
fuit a Deo permisus, & quidem vini exuvis  
expressi ille primus auctor fuerat, sed inexper-  
tus, usque dum illud bibisset, & ex largicrē ali-  
quantum potiore inebriatus fuisse: unde  
merita a Sibyllis hic excusat peccati salte  
mortalis, cum usque eo vim meri ignoraverit.  
non ut huius temporis homines, qui ex libi-  
dine & crapula peculis indulgent usque ad  
mentis impotentiam Dei imaginem adeo de-  
fendantur: longe melius Salomon Eccl: 2. Cogita-  
vi (inquit) in corde meo abstrahere a vino car-  
nem meam, ut animam transferam ad sapien-  
tiā, devitarem que stultitiam.

Sed, cum, nō fac-  
cidere

ciderat solet, dormiens Noe se pre æstu ab<sup>25.</sup>  
 jecis tegumentis inscius venidasset. Cham fi-  
 lius eum respiciens non copernit, sed vocatis ut  
 videnter Sem & Japheth, potius patrem irrisit;  
 isti econtra aversis demissis que oculis patrem  
 suo tequant pallio, unde quidem benedictionem  
 one miteruerunt; Cham vero maledictionem. Hic  
 edocemur custodiam oculorum, & in tegendois  
 aliorum peccatis industriam, moderiam ibm  
 & in cunctis actionibus honestatem. Maledicio  
 tamen illa non tam fuit imprecatio, quam rever-  
 ra Cham eventuri mali prophetica prædictio, ut  
 notat Corn: a lapide hic

jta vixit Noe,

Deo charus, & pre aliis hominibus in mundi  
 repletionem servatus ac destinatus; ita ut ante  
 obitum suum viderit ex se progenitem ad non  
 gentia, & amplius, hominum millia, ut Doctors  
 computant. Eius genealogiam per Sem dabit  
 hic annexa tabella usque ad Abraham, quia  
 haec est recta linea usque ad iudeos & christum  
 dominum, ceteri que ab ehi posteri, eo licet renifen-  
 te, ad idola deflexerunt.

ex superioribus verbis  
 hujus Capitis N. 19. Tres isti filii sunt Noe, & ab  
 his disseminatum est omne genus hominum, clare

## Genealogia Noe per Sem usque

ad Abraham

Natus  
Anno Mundi

Mortuus  
anno Mundi.

|       |                                    |       |
|-------|------------------------------------|-------|
| 1056. | Noe                                | 2006. |
| 1558. | Sem                                | 2158. |
| 1658. | Arphaxad                           | 1996. |
| 1693. | Sale                               | 2126. |
| 1723. | Heber                              | 2187. |
| 1757. | Phaleg                             | 1996. |
| 1787. | Reu<br><small>vel</small><br>Rogau | 2026. |
| 1819. | Sarug                              | 2049. |
| 1849. | Nachor                             | 1997. |
| 1878. | Thare                              | 2083. |

Abraham

26. inferri videtur, Noeum post diluvium alios  
non genuisse filios immediatos, sed ab his unice  
multiplicatum genus humanum, illum que ut  
melius Deo vacaret, abstinuisse ab usu conjugii:  
ita sentit hic Cornelius citalus contra nonnullos.  
Cum autem post diluvium vixerit Noe 350 an-  
nis, sequitur etiam vidisse Abraham, turrim  
Babel, posteriorum idolatriam & impietatem  
hoc que ingenii dolore cordis sui: haec enim om-  
nia annorum illorum spatio acciderunt: &  
quidem turris Babel (de qua cap: II. Genesis) &  
difficationi Noeum interfuisse sentit Abulensis  
& cum eo alii: tunc enim omnes homines erant  
in Babel, unde & omnium confusa ac divisoria sunt  
linguae ex quibus ut matricibus reliqua nunc  
habemus idiomata.

& mortuus est. omnium  
in Scripturis historiarum haec frequens conclu-  
sio, ut semper constet de executione sententiae a Deo  
in homines prolatae. sed moritur Noe plenus die-  
num, ejusque dies non vacui fuere, ut impiorum,  
sed impleti omnes, sanctis operibus. Ubinam mor-  
tuus sit & sepulchris, non constat, nisi credentes Be-  
soso Anniano dicamus, post Armenos scienias  
omnes eductos, in Italiam profectum itidem docui-  
se, ibique demum obiisse

Cap:

# Caput III.

## de Abraham

**S. I. Abrahami ortus & principia**  
Genes: cap: 10 & 12 v. 12 & 12

Abram; quod Magnus pater sonat, a Deo postmodum vocatus Abraham, seu Pater multarum gentium, nascitur Thari anno mmoi 1849. 1949.  
 sive a Diario 292. Magnus plane vir Abraham (inquit hic S. Ambrosius) & multarum virtutum clarus insigibus, quem voluntatis Philosophia non potuerit equare. De tanto ergo Viro hic asemus, sed brevitate consuetus.

**Tertius:** Thare genuit Abram ... nomen uxoris Abram Sarai. Veneruntque usque Haran, & habitaverunt ibi c. n.

Abram fratrum suorum Aran & Nachor fuit natu minimus, etsi in Sacra relatione ad eos prænominetur. hoc enim ideo est quia & ipse reliquorum celeberrimus fuit, de quo & præcipue in posterum Scriptura dictura erat. sane non tam anni, quam heroicæ enumerari debent gestæ, & quibus vera laus & gloria promanat.

Ut Abraham pater futurus erat credentium, eduxit eum Deus de Ur-Chaldaeorum, seu de igne Chaldaeorum ne importunitis

26. adductus istorum instantiis ignem illupi,  
ut ceteri adorarent veri Dei cultum postpo-  
nentes. Quos enim Deus prescrivit & praedes-  
navit, prævenit in benedictionibus dulcedinis,  
eis que dona sua largitur liberans eos à rugi-  
entibus paratis ad escam (Ecclesiasticus 41) à portis tribulationum,  
à pressura flammæ quæ circumdabat e-  
os, eripiensque de perditione ac tempore iniquo.

Atque Abraham ex eo periculo eductis est cum iug-  
tribus suis & Sara uxore, quam & sub nomine  
Ieschæ venire censet Abulensis, quia Abraham  
uxorem duxerat neprem ex fratre Aran. Om-  
nes ergo venerunt usque Haran, ibi que man-  
serunt: in quibus iam elucidere incipit Abraha-  
mi obedientia, de qua tot mira restant dicenda.

I. II. Abrahami Obedientia & benedic-  
tiones. Gen: 12.

Textus: Egressus est itaque Abram sicut præceperat ei Dominus  
& dixit ei Dominus: semini tuo dabo terram hanc.  
Atque in te benedicuntur omnes cognationes terræ  
V. 4. 7. 3.

Semel quidem vocatus est a Deo Abraham in  
Ur, ut transiret cum patre, usque Haran, dein  
vero ut ipi ibi relieto patre & omni cognatione  
solus ipse pergeret in Chanaan: ad quod nihile

sufficit unica Dei ad Abram vocatio, ut tenet<sup>27</sup>  
S. Augustinus l. 16. de Civ: Sed vero durum carna-  
libus præceptum: egressere de terra tua, de cogni-  
tione & domo tua; & tamen Abram sicut ei  
præcipitur sic exequitur tria relinquens ho-  
mini charissima. Hæc prima fuit Dei vocatio  
typus reliquarum, quibus Deus erat homines vo-  
catus ad fidem, gratiam, justitiam, perfectionem,  
& salutem. Sic que Abram obediens vocato-  
rum omnium exemplar esse debet.

Obedivit ille.  
promptè: egressus est; integrè, sicut ei præcep-  
rat Dominus, indiferenter, in eam Charæ parte  
quam monstraturus postea erat illi Deus. sim-  
pliciter, non percontans quid, cuius gratia &c;  
constantier, non reversurus. Magna in his la-  
tet doctrina, de renuncianis omnibus & Chris-  
to sequendo, de aversandis & relinquendis qua  
saluti obstant animæ, que conducunt, fortiter  
& constanter amplectendis, atque de Divinis sus-  
cipiendis sequentisque inspirationibus.

Ve-  
rūm tantæ obediens Abram, innume-  
ræ responderunt à Deo benedictiones, quæ ad  
hanc <sup>7.</sup> reducuntur: ita quæ Deus ei confert prin-  
cipatum gentium: Faciā te in gentem magnā;

28.

2<sup>a</sup>. qua opum copiæ: & benedicam tibi. 3.  
 nominis claritatem & famam: & magnifica-  
 go nomen tuum, 4. benedictionum complexio-  
 nem: Erisque benedictus, 5. Non soli ipsi, sed &  
 amicis ejus: Benedicam benedicentibus tibi, 6.  
 deletionem inimicorum ejus: Maledicam male-  
 dicentibus tibi, 7. omnium benedictionem in  
 semine ejus: in te benedicentur omnes cognati-  
 ones terræ, quæ omnes benedictiones propor-  
 naliiter competent obedientibus reliquis, & iis om-  
 nibus qui reliquerint Dominum, sorores, patrem  
 matrem, uxorem, &c propter nomen Christi, qui-  
 bus & cuncti pluri & vita æterna promittitur Matth:  
 cap: 19.

Alius quoque Abraham suscepit ex Dei ins-  
 su peregrinationes: bis enim ex Haran ivit in  
 Chanaan, ubi tandem, firmiter mansit, deo illi  
 ejusque posteris terram illam promittente. Des-  
 cendens vero in Agyptum ex gravi causa suo  
 vite consulendi uxorem Sardm. vocari voluit  
 sororem, occultans veritatem non ementiens, Sara  
 enim, ut Abrahae nephtis, poterat & soror appellari  
 more illius gentis, quæ fratres dicere continevit ne-  
 potes, & nefles sorores: unde & excusatir in se-  
 culo cum Pharaone uxoris violentia & adulterio,

quod cum tanto sui damno non temebatur praevare. Ex omnibus facile erues praedicabilia documenta

### S. III. Abram in bello. Genesis cap: 14.

*Textus: Benedictus Abram Deo excelso... & benedictus Deus excelsus, quo protegente, hostes in manibus suis sunt. v. 1. 19. 20.*

Cum Abram ageret annum etatis 80. Babylo-  
niorum contigit bellum contra Pentapolis  
in quo quinque Reges interfuerunt; ceciderunt  
qite milites Sodome & Gomorrhae, quod Deus per-  
miserat, ut haec plaga ad meliorem reducerentur  
frugem pentapolitam, sed frustra, unde paulo post  
igne caelis lapsa consumphi sunt: Deus enim  
minoribus flagellis graviora minitatur adver-  
sa, nisi puniendo resipiscant.

Huic bello adfuit

Abram cum audisset captum Lot, fratrem suum  
qui ut exterius & peregrinus immunis relinqui de-  
bebat: ut ergo hanc Abram vindicaret injuriā,  
instruxit ad bellum trecentos decem & octo vi-  
ros servos domi suae natos (ut legit Hebreos) sic  
que victoriam reportavit reducens Lot cum omni  
hi substantia ejus; ut innescat, potius fides  
quam bellatorum numero viciisse; eos enim ads-  
civit Abram quos numero fidelium dignos ju-  
dicavit

3<sup>o</sup> dicavit, qui in Iesum Christum crederent, cuius nomen Ihs grœce abbreviatum mysticum illum refert numerum τ. namque 300 I. & H. 10 & 8. significant apud Græcos

Post hæc videtur

Abram domum rediens non nihil deflexisse versus Salem, ut Melchisedech Regem & sacerdotem inviseret, utque per eum pro victoria accepta gratias Deo dageret, & sacrificaret, erat enim Melchisedech iustus & sanctus, ut ipsum nomen sonat, & sacerdos Dei alhissimi panem & vinum offerens in cruento sacrificio, Sacra Eucharistia præfiguratio ~

Dein benedixit Melchisedech Abram, a quo & decimas accepit: quia qui vincit (habet S. Ambros: hic) non debet arrogare sibi victoriam, sed deferre Deo. Hoc Abram docet (prosequitur) qui triumpho humilior fatus & sacrificium obnihil, & decimas dedit: in quo & Abram novæ legis fideles adumbrat, Melchisedech sacerdotes, ut notat Chrysostomus ~

Hic quoque Abram raram exercuit magnificentiam nihil sibi accipere volens de Pentapolitanorum supellechile, quam ab hoste recuperaverat: non

enim propter lucrum pugnaverat, sed ex charitate, et zelo iustitiae; nec terrenis fidebat opibus, sed solum Divinae largitati, quod perfecta mentis est, ait S. Ambr: ita se gerere oportet Christianum in prosperis nihil sibi, tamen Divinae referendo protectioni, cuius solius est Victoria & triumphus, & sine quo omnes inimici nostri certo prævalebunt adversum nos.

#### §. IV. Dei promissiones ad Abram

& pacchum cum eodem. Cap: 15. 16. 17.

Textus: Numeras stellas, si notes ... si erit semen tuum. c. 15. 5. Perigit annus fædus cum Abram. v. 18.  
Ponam fædus meum inter me & te. c. 17. 2.  
Multiplicabo semen tuum, & non numerabiliter pre multitudine. c. 16. 10.

Venit in primis notanda Abrœ in usu conjugii moderatio: Erat sterilis Sarai uxor prima Abrœ, qui, illa ipsa deprecante, duxit in secundam Agar ancillam suam, ex hinc licita. Dei dispensatione polygania: ubi & Sarœ id deprecantis notanda est pietas, & humilitas, jure post à Deo promissu, qui mortificat & vivificat: peperit namque Isata typum Christi, facta Mariæ symbolum.

Sed & quid simile videmus in Agar, quia pariens dominam irrigerat infundam, sed & huic iussu Angeli humiliata, exaltata est mira pari-

ter fecunditatis promissione in Ismaele, ex quo  
reipsa tota sere orientalis plaga habitatoribus  
fuit repleta. eo quod (addit textis) audierit Deus  
afflictionem tuam, quam nempe Agar passa erat  
in itinere quod Angelo monente suscepserat de deser-  
to, quo fugerat a facie Sara, ad hujus domum se  
humiliatus: quo benedictiones semini Abram, me-  
rito stellis cœli comparatur ejus posteritas, quam  
tunc promernit atque Iacob, quia eam a Deo  
promissam firmiter credidit obvehitur, contra  
omnes etiam naturæ vires atque signa; neque  
ob aliquam vacillationem peñit a Deo tantæ pro-  
missionis signum: hoc enim non sibi sed poste-  
ris credituris expectebat, ut nota Cajetanus.

Pæ-  
dus quoque pepigit Deus cum Abram tradens  
ei terram promissam, quæ sita est inter fluvium  
Ægypti, scilicet rivum Nilt, & Euphratem, quam  
eius posteri, utique non totam, omnes possederunt;  
quid debitas pacti conditiones fideliter non servâ-  
runt, circa legem scilicet, & Rei cultum: dementur  
enim promissionis adimpletionem, qui fidem in  
pacto non servat, solet que Deus auferre a re-  
bellibus, quæ donat obedientibus.

Iterum Deus

init pachim cum Abram, quasi muham, &<sup>33.</sup>  
peculiarem cum illo sanciens amicitiam, com-  
mendans ei assiduum dei presentiam, ac per-  
fectionis studium; hujusque federis symbolum  
dat circumcisio[n]em; Eum mutat illi nomen  
Abra in Abraham, hebraice Patrem excelsorem  
tibidinis; & ejus uxori nomen Sarai in Saram,  
seu Dominam, cui, & secunditatem ingeniem  
promittit in filio Isaac. Abraham ergo ut am-  
bulans coram Deo, ac perfectionis amulator,  
non s[ic] modo omnes, sed & se ipsum 99 annis  
natum abs mora circumcidit; atque iterum  
conha spem humanam Deo credidit ex se Sa-  
ram filium conceperam, etsi quoque nona-  
genariam, et ab initio sterilem. Mira Abra-  
ham obedientia, fides, spes, ac in solum deum  
fiducia! ~

S. V. Abraham. Angelis familiaris  
(Genesis cap: 18) Revelationibus recrea-  
tur. ibid:

Textus: Num cedere potero Abraham, que gesturus sum:  
Dicit dominus, v. 17.

Apparuit Iomimus Abraham, de more post pra-  
dictum peregrinos expectant[us], in specie trium vi-  
rorum seu Angelorum humana forma indu-  
torum

34. torum, quos viros existimans adoravit, sen  
prostratis, ut mos erat Orientib[us], salutavit,  
donec ex circumstantiis ut veros Angelos Dulie  
culhi adoraret: in quibus nota prae nim h[ab]it  
pitalitatis, virtutem pietatis, humilitatis, & re  
ligionis, qua primò ut Dei legatos Dulicē, dein  
ut Trinitatis symbolum, lātria coluit: eos ad  
convivium invitans modeste ad panem tan  
tum invitat, licet juxta morem eos splendi  
de pasturis absque luxu tamen ait capu  
la; ipse que stans ministrabat illis apparen  
ter comedentibus.

Dein unus Angelorum, qui  
mediis erat & illustrior cum Abrahamo co  
veratis est, filium ei ex Sarā promisit, ea  
rem mirabilem ridente, sed increpatā his ver  
bis: numquid Deo quidquam est difficile? illo ve  
ro ex solita fide, promiso credente, novum praes  
bat Deus beneficium, secreta sua illi per hedi  
um cum Angelum revelans circa Sodomea  
rum punitionem, atque hanc gratiam quasi  
debitam testans: Num celare potero Abraham  
qua gesturus sum. Hi sunt fructus Obedien  
tiae, Charitatis, Humilitatis, Religionis, ac Co  
na

næ filiorum educationis, ut insinuant ipsæ,  
5. Paginæ verba

Ad hæc Abraham misericor-  
dia motus erga puniendos, caput Deum enixe-  
orare, ut impiis illis parceret propter immixtos  
justos; tanhinc que valuit ejus deprecatione, ut  
Deus veniam promiserit, si vel decem justi inter  
tot nocentes invenirentur; sed, eheu! neque hi  
panci inventi sunt; sic que, exceptis innocentibus  
quis quahor (Loth scilicet cum uxore & 2 filiabus)  
omnes igne calitis delapso consumpti sunt, uxor  
que Loth retrospiciens in statuam stellæ versa est,  
in symbolum perpetuum sistendum & retrover-  
gennum in via virtutis aggressa; atque in ter-  
rorem deficiendum a sanctis propositis, aut noxia  
curiositate terrena respicientium.

Hoc etiam de  
Abrahamo non prætermittendum, quod cap: 20.  
referuntur, scilicet, postquam Abimelech Geraræ  
Rex ei uxorem tulisset, inde que à Deo sterili-  
tate puniretur, orasse pro eo Abrahamum in-  
juria sibi illatæ oblitum; atque his precib[us] toti  
Abimelech domini fecunditatem impetrasse: gra-  
tissima enim est Deo facta pro inimici oratio;

36 verè enim oratio est humilantis se, quæ car-  
los penetrat.

## S. VI. Abraham filius Isaac

Genes: c. 22. & sequentibus.

Textus: Vocavitque Abraham nomen filii sui, quem genuit  
ei Sara, Isaac. — Dixit Deus ad Abraham in Isaac voca-  
bitur tibi semen. Cap: 21. N. 3. p. 12.

Abraham eripuit gladium ut immolaret filium suum.  
Cap: 22. N. 10.

Hic est filius, verè honor patris, in quo tot ex-  
pertus est Abraham diuinæ gracie & promissio-  
nis effectis; cum concepit & peperit Saræ undi-  
que miraculose; & merito nomen Isaac ei a  
patre imponitur, quod risum, lachrymam & gaudi-  
um significat; hæc enim ille fuit parentibus,  
ac posteris suis, nec non & toti orbì, quatenus  
erat typus Christi. Deus miraculum prosecu-  
tus hoc Saræ restituit, ut per se puerum lach-  
ret: ubi matres edocentur, non nisi ex necessi-  
tate tradendos esse mīrificib[us] filios, ob gravissi-  
mae inde oriri solita noctumenta.

Atque in hoc  
filio explendit diuinæ promissiones de  
successione seminis Abrahæ; non in Imael cui-  
jus etsi magna, non tamen adeo copiosa nec

selectæ fuit posteritas, filii vero Isaac, proprie<sup>37.</sup>  
filii Abramœ sen Abram idœ vocandi erant fu-  
turi que hæreses divinæ promissionis: hinc divi-  
no insinchi Ismael & Agar domo Abramœ pel-  
luntur: possent namque ex eorum cohabitatione  
oriri ab inuidia rixœ, odia & discordia; fa-  
vit tamen Deus & promovit Ismaelem in grati-  
am Abramœ patris ejus, ne benedictione careret  
fructus arboris adeo benedictionibus cumulato

Quia

vero Abraham adeo acceptus erat Deo, necesse  
erat ut tentatio & afflictio probaret illum, unde  
& amplius elinceret ejus heroica fides & obedienc-  
ia. iubet ergo illi Deus, ut immotet filium  
suum Isaac in quo<sup>a</sup> quo tot promissæ erant  
gaudii, successions, ac felicitatis benedictio-  
nes; nil obniciit Abraham, sed ex una parte de  
iis non diffidens promissionibus, ex alia gla-  
dium arripit, ac filium in sibi monstratum  
locum adductum percutere intendit: o mira  
fidei & obediencie conjunctio! Sed Deus, apud  
quem pluris valeat obediencia quam vicimæ,  
sistit cum per Angelum, novis que remune-  
rat

38. rat benedictionum promissionibus

Necque hanc solam passus est Abraham temptationem sed ad decem usque præcipias advertunt in eius vita interpretes, omnium tamen ista fuit gravissima, eo quod viderentur promissa Dei sibi facta morte Isaac penitus aboleri, sed et hanc, & alias divinæ prævenis gratia fortiter superavit, atque in hac præcione notus fecit virtutes hercitas.

### S. VII. Abrahami obitus. cap: 25.

cap: 25. Mortua Sara uxore emit Abraham agrum, cap: 24. in quo eam religiose sepelivit; deinde filium Isaac Rebeccæ conjugio dedit præelecto, sibi c: 25. que Ceturam uxorem teriam copulat cum esset annorum 140. ex eâ que sex suscepit proles, ut & in se a Deo promissam experiretur multiplicationem.

Textus: Fuerunt autem dies vite Abrahæ centum septuaginta quinque anni, & deficiens mortuus est in senectute bona, proiectaque etatis, & plenus dierum. Cap:

24. v. 7. & 8.

jam quoque de obitu Abrahæ dicendum, ipse enim per quem tota vita oanda erat mortuus est anno aetatis sue 175. consummatus

matus in brevi (respective ad anteriores) ex-  
trahit tempora multa virtutibus, generatio-  
nibus: unde & dicitur mori in senectute bona  
seu plenus meritis, & defessus laboribus pro dei  
gloria suscepis cuiusdam jam dissolvi, et si non  
fui huius cum deo usque ad Christi resurrecio-  
nen; ut quid ergo & nos vita non fædet, qui  
jam statim a morte possumus Deum videre?  
igitur Abraham obiit anno mundi 2123. cū  
Isaac esset 74. annorum

Abrahæ Epitaphiū

sic habetur Eccl: 44. v. 20. Abraham magnus  
pater multitudinis gentium; & non est in ver-  
bus similis illi in gloria, qui conservavit le-  
gem excelsi &c. Quia tamen ante Christi  
mortem non poterat cœli gloria potiri, iuit  
ad limbum ubi & alii iam definebantur Pa-  
tres, fide & spe, in eo solati captiverio do-  
nec a gloriose liberarentur Redemptore  
man-  
sit que filius Isaac in complementum Be-  
nedictionum Dei, usque dum & complemen-  
tarum dies ejus centum octoginta annorum,  
quibus expletis consumptis aetate (jam

40 enim homines non ita longaverant) seu senio confecitus, ac cœficiente naturali calore mortuus est relinquens filium Jacob jam 120. annis natum, cuius historiam sequentibus breviter dabimus, omittentes de more rerum amplificationes sola insinuatione contentas.

## Caput IV.

Jacob

¶ I. Jacob nascitur & fratri majori preponitur. cap: 25. cap: 27. Genesis

Texhis: & dedit concupitum Rebecca, sed collidebantur in utero ejus plurimi... perrexitque ut consideraret Iacob, qui respondens ait, duæ gentes sunt in utero tuo, ... & maior serviet minori cap: 25. v. 21-22-23 ~ justi vocatum est nomen ejus Jacob... primogenitura mea ante hunc, & nunc secundo surripuit benedictionem meam, dicebat Isaac filio suo Ewan de Jacob loquens cap: 27. v. 36 ~

Rebecca uxor Isaci per annos virginis fuit sterili, sed Isaac orante constanter assidueq: Deum deprecante, concepit tandem fratrem duplicem, qui jam animati antequam utero exirent multo colluctabantur quis quem præcederet, Deo ex hinc indicante futuram pro primogenitura lucram; præcessit quidem ihesu

qui vocabus est Esau seu operans; sed & in  
hac præcessione coram hominibus, improbus  
significabat, qui in mundo saepe prehabentur  
ad bonos; Jacob autem suppluator interpre-  
talis sequitur quidem Esau in mundi ingressu,  
sed a Deo preferitur ut mundo despectus &  
mundi contemptor.

Sed & in horum conceptione  
& partu filiorum, notanda etiam venit Rebec-  
ca virtus & pietas, qua in afflictionibus recur-  
sum ad Deum habuit, cui novam meritum re-  
ferebat facunditatem: indeque post partum  
crescentibus filiis predilexit Jacob, qui pa-  
tiorem præbebat indolem, nec non & qua ex  
Divina responsione audierat: Major ser-  
viet minori, ille autem debet probari que  
Deus commendat, non qui seipsum ut Esau  
vi præcedens.

En quomodo in ipso orbi Jacob  
verè præponitur Esau, jam vero ut illa veri-  
ficaretur prophætia petit Jacob ab Esau ut si-  
bi primogenitiram venderet, consensit sacrilege  
Esau sibi in pretium accipiens panem ac lenti  
edulum, Jacob vero licite id petit dochis a

+2. matre Divinam circa se dispositionem, ac licite acceptavit a fratre voluntariè amniente. Dein, ut & Supplantutoris nomen impleret, Benedictionem surripuit a Patre cædo, sed frude & mendacio virus saltem officioso: quæ benedictio, et si ob fictionem illicitè obtenta, fuit veinde a Patre isaaco confirmata, inde que ab ipso Deo expleta: quiam sane ex operissimis tantia pramerit Jacob a patre ob officiosam erga eum reverentiam, atque ab ipso Deo ob prahabitu[m] prædestinalib[us] gratiam, qua ius illi quoddam collatum fuerat, ut ei omnia cooperarentur in bonum; econtra Esau ut reprobatorum simbolo cedeabant omnia in maledictionem: ubi expavenda venirent inservitbia Dei iudicio, quibus sit, ut e duobus unus assimilatur, & alter relinquatur ~

## §. II. Jacobi virtutes

Textus: *On primis elicit in eo amor pacis, cum, ut proficisciere in Mesopotamian fratrib[us] Declinaret iracundiam mitigaretque Syria... Omnis potest benedictus invidie excessus, ab initio a patre missus in Metropolitam Syriam, patriam & chara chara cap: 18. f. 2. 3.*

omnia relinquens, ut proximi peccata averteret, ne ve sua præsenzia illis occasione daret; exemplum item probavit sua filialis obedientia

dieniæ in ardua in exilium peregrinatione  
suscep<sup>t</sup>a,<sup>5</sup>

Sed & quo<sup>r</sup> postea modis fratrem suū  
placare curavit: nam in primis ei obviam  
factus in terram procidit<sup>cap: 33. n: 3.</sup> ut hac man-  
suetudine & humilitate ejus iram frangeret: id  
que sephies iteravit, respiciens in Christum, qui  
non modo usq<sup>ue</sup> sephies, sed etiam sephiagies sephies  
fratri condonandum edocturnis erat; his mune-  
ra addidit in subjectionis testimonium, ut in-  
veniret hoc pacto graham fratris suū: quod &  
altis honoris laudis, & obsequii mediis atten-  
tabat Jacob, ut fratrem sibi redderet benevo-  
lum, omnium que præteritorum oblitum.  
De quibus omnibus merito laudatur Jacob à  
S. Ambro<sup>sio l: 2. c: 8.</sup>

item Jacob in lucta cum Angelo  
<sup>cap: 32. n: 24.</sup> suam ostendit diligentiam fortihi-  
dinem, uidentiam, humilitatem, toleranciam;  
in suo obihi miram modestiam & simplicita-  
tem, præcavens, ne ei sepulchrum captere fur-  
prehosum, ut factum fuisset, sed ut in suorum  
sepeliretur majorum humili sepulchro. Fuit  
quicque in vita archetypus & exemplar boni  
œconomi<sup>cap: 31. a: 32.</sup> ac vigilantis pastoris cū

44. ageret cum laban ~ His que & alijs virtutibus crescerebat jacob adiuvante omnipotente eum que benedicente: veris enim hic est crescendi modus, crescere in virtutibus, est namque crescere coram deo apud quem quod quisque fuerit, hoc est, & non amplius, ut humiliis dicebat sanctis franciscens.

### III. Jacobi scalas Gen: cap: 28.

*Textus:* Videlque in somnis scalam stantem super terram, & cakumen illius tangens calum: Angelos quoque dei ascendentis & descendentes per eam. & dominum innixum scalae. v. 12-13.

Cum jacob quondam defessus recumberebat super lapides capiti suppositos obdormivit, & visione imaginaria undique mysticam intuitus est schalam, in præmium sanè humilitatis & mortificationis, quas eo loco & situ exercebat, quæque secura sunt ad divinas consolaciones media: dormiebat quidem jacob, Cant: 5. sed cor eius vigilabat ad dominum. unde, ut loquitur s. Ambrosius, jacob plus negoti cum deo peregit dormiendo, quam plurimi alii vigilando, recreatur enim dei & angelorum visione; horum ad deum summis scatæ gradibus

dibns innixum ascendentium; & ad Jacob hu-<sup>45</sup>  
mi jacentem descendentium sic que Divina ius-  
sa, consolationes, & benedictiones ei revelantur

Hoc  
igitur Scala symbolum esse potest providen-  
tia & gubernationis divinae: unde Deus illi  
innihir ut primæ causa, Angeli vero ut ejus  
ministri descendunt & ascendunt jussæ exæ-  
quentes, quorum varietas & modos diversos  
indican<sup>t</sup> scalæ gradus, cujus latera suavi-  
tatem & fortitudinem Divinarum disposicio-  
num significant, vel etiam Dei iustitiam &  
misericordiam.

Potest etiam Scala accipi  
pro via qua de terra in cœlum tendere debemus  
per gratias virtutum, directa semper in  
Deum ut finem ultimum intentione nostra:  
Angeli ascendentis sunt illi quos Deus per ca-  
lestes ad se trahit consolationes; Descendentis  
vero quos per viam humilationis vult exal-  
tare; vel etiam per ascendentis & descenden-  
tes possumus intelligere viam illam contem-  
plationis, qua de insimis & visibilibus rebus

46. mente ascenditur ad supremas & invisibilis  
denuo ad propriam uitatem descendendo, de-  
in ad divinam sublimitatem mira successio-  
ne ascendendo.

Sicque varias hujus Scalæ  
explicationes adiutaverunt interpres, qui-  
bus eam dicunt representare Caligoram,  
Dei iudicium, Ahimam sanctam, Virginem  
Mariam, hominis vitam, &c quibus non  
est opus hic nos detinere, cum unice intenda-  
mus ~~et~~ alias explanatio*n*a insinuare.

#### ¶. IV. Jacob pergit in Aegyptum.

*Genes. cap. 46.*

*Texhis:* Ait illi Deus... descendere in Aegyptum, quia in  
gentem magnam faciam te ibi. v. 3 ~

Cum Jacob esset annorum 130 Joseph vero  
filius ejus ex Rachel 39. præcepit illi Deus.  
ut in Aegyptum descenderet: ubi primò vent  
notandum, quam proprie vocanti Deo res-  
ponderit Jacob ecce obozum, ut inde disca-  
mus Deo per sanctas inspirationes & motio-  
nes advocanti statim respondere, alia iniuti-  
lia & animæ noxia deserentes, voluntatemque  
& operationem ad id, ad quod vocamur, sine

mora applicantes, ut & ipse Jacob percepit.<sup>47</sup>  
Dei voluntate illico surrexit, & cum suis om-  
nibus in Aegyptum perrexit.

Atque hanc De-  
us prævidens obediens, ex hoc addidit in  
gentem magnam faciam te ibi; sed & in via  
eum comitari ac hieri premit; quia via  
quævis, quæ propter Deum initur, tutissima  
& ab omni malo occursu immunissima est;  
Deo enim comite quis nocere poterit aduersar-  
ius? unde S. Adorosius hic ait. Quid ei deerat,  
cui Deus aderat? quis tam dives in regno, qu-  
quam iste in peregrino loco?

Fecit que illum  
ibi in gentem magnam, hoc est, eum dita-  
vit hercicis virtutibus quibus se pararat ad  
mortem; Joseph que filium, ejus quem mor-  
tuum iudicabat, vivum videre concessit, &  
ut patri oculos occluderet voluit, atque post  
hoc in hoc filio verificaretur ultra Jacobum  
in Aegypto factum in gentem magnam. Ex  
quibus iterum videre est obediens præmis-  
tum post ejus mortem protrahi a Deo, qui

48<sup>a</sup> viam mandatorum suorum currentes re-  
creat, comitatur, & ad felicem terminum  
perdutos exaltat ita ut non extingua-  
tur unqiam memoria ejus.

### S.V. Iacobi ærumnæ

Textus: Dies peregrinationis meæ centum triginta  
annorum sunt, parvi & mali. Gen:47. v.9.

Ita respondit Jacob Regi Pharaoni ad quem  
eum introduxerat filius ejus Joseph. Atque  
in iis verbis parvi & mali, vita sue (quam  
& peregrinationem jure vocat) indicate vo-  
lilit ærumnas & labores: non enim vita ius-  
torum ab his valeat esse immuni, imo, ut in  
job habetur, quia ipsi sunt Deo accepti ne-  
cessere est, ut tentatione, seu tribulationibus  
probentur, ut velut aurum in fornace purifi-  
centur, eorum que inde patientia aliquid  
virtutes clarius elucescant.

& quidem Iacobi  
novem præcipuas reperio ærumnas & afflic-  
tiones per eis historiam dispersas: 1.º dum ob-  
iram fratris sui Esai, coachus est fugere solus in  
Haran; 2.º in servitio 20. annorum (Gen:31.) 3.º la-  
bores ad fratrem placandum suscepit (Gen:32.) 4.º af-  
flictus

stictus est super Diu*n* filia*s* u*s*, & strage sibi-<sup>49</sup>  
mis illata a*filiis* su*s* (Gen:34.) 5. in morte Rache-  
lis. 6. in i*n*vestu*R*uben cum *Bala* uxore i*acobi*  
patris sui (Gen:35.) 7. Joseph vendicatu*s* & perditu*s*  
per 23. annos. 8. Simeonis filii ex*l*ic*a* incar-  
ceratio; & Benjamin Racheli*s* filii abdu*c*io &  
in *Egyptum* re*leg*atio. 9. tandem dum ipse cu*s*  
suis, ex Chanaan terra sibi promissa debuit  
profici*s* in incognitam *Egyptum*

Quae  
omnia abs dubio naturalem Jacobo ingessere  
afflictionem maximam; sed & in eorum  
potenti tolerantia virtus ejus effusit cla-  
rissima; sed vel in hoc mundo inter tot aerum-  
nas ipsum Deus (ut assulet cum patientibus) mi-  
re consolatus est, ut in peregrinationibus minus  
concedendo visiones, itineris que se ac suos An-  
gelos comiles adhibendo, atque uniuersim ei-  
masto & afflito sex ista bona Dei*s* pollici-  
tur hujus libri Genesis cap: 28. per haec verba:  
1. terram in qua dormis tibi dabo, 2. Erit semen  
tu*m* quasi pulvis terre, 3. Benedicentur in-  
te cunct*æ* tribus terre. 4. ero custos huius quo-  
cumque perreveris. 5. Reducam te in terram

50 hanc. &c. Nec dimittam donec complevero v-  
niversa quae dixi, ibi N. 13. 14. 15. Quicquid  
pla vel in hac vita pro paucis propter deum  
relictis!

## §. VI. jacobi mors Gen: cap: 49.

*Textus:* Finitisque mandatis, quibus filios instruebat,  
collegit pedes suos super lethulum, & obiit: ap-  
positus que est ad populum suum. N. 32.

Nobis hic Jacob, qui prius viventium, jam  
& morientium proponitur exemplar semi-  
randum, & pro posse imitandum. Nam primo  
cum mortem approximare cognovit, capitulo dis-  
ponere domui sue, qui & in vita decursu consi-  
derans semitas illius non aedes conformes via-  
e majoribus suis initio, immo & propter idola  
diformes, haec abominatus omnino besodit, at-  
que ex familia tota omnino extirpavit Gen: 35.  
*Religionis amore.*

Nunc vero in extremis  
mirabile instituens testamentum, congrega-  
tis filii suis, unicuique propheticō spiritu  
eventura annunciavit, atque salutis moni-  
ta dedit piissima ac utilissima: haec fue-  
runt ejus testamenti extrema mandata,

hæc legata postrema, quibus piam quam  
curaverat, jam confirmat filiorum educatio-  
nem, quos in Patriarchas informat relictæ  
ad eis spirituali hæreditate; tandem que sin-  
gulos paterna benedictione nunciens tunc  
patris munera religiosissime complevit. O!  
si parentes plus satagerent filios contra vi-  
tia obarmatos, quam pingui hæreditate di-  
tates relinquere!

Hic ita expletus Jacob,  
morte placidissima modestè in lecto com-  
positus sensim expiravit. verè sicut vita  
finis ita, ut qui vivens Dei timorem exal-  
te conservarat, hujus scientie magister effi-  
ceretur moriens advocans u[er] David: Venite  
filii audite me, timorem domini cocebo vos. Ps. 33. &  
hæc proprie est Scientia sanctorum. Iacobi  
Epitaphium habes Sap: 10. v. 10. & Eccl: 44. x. 25.  
Atque hic pro Chronologia scire expedit ex  
Cornelio a lapide sequentia:

Jacob natus est  
anno post diluv: 452. fugit ab Esau anno  
etatis sue 77. & vocatus est a Josepho an-  
no ejusdem 130. mansit in Egypto annis 17.

52 ac mortuus est anno aetatis 147, qui fuit  
annus mundi 2250. tandemque ioseph  
cum fratribus patrem sepelierunt in Hebron  
planchi magno, ut bonos decebat filios tan-  
ti patris, aut et ibi sepeliri se jusserat (cap: 47)  
ut in terra sancta jaceret, cum patribus suis,  
ubi & postea sui posteri habitaburi erant,  
& Deus vere coenobius, & Christus mundum  
redempturus.

## Caput V.

Ioseph

§. I. Ejus nativitas, & quo ad ejus Captivi-  
tatem processerint. - Gen: Cap: 37

Lexus: Videntes autem fratres ejus, quod a patre  
plus cunctis filiis amarebar, oberranteum...  
causa somniorum atque sermonum, invidia  
in odii familiam ministros. N. 4. & 8.

Ioseph ex Rachele nascitur iacobus jam 91.an-  
nis nato, seu anno mundi 2260, praeferit que-  
in ipso nomine Discretionem, augmentum &  
accretionem: fuit undecimus fratrum suorum,  
& parentibus magnum afflictum quidum di-  
cente ejus matre post natum illum. Absit  
Deus opprobrium meum; & patre: Dime

me (sacerum alleguebat ir labano) ut revertar  
in patriam meam (Gen:30. v. 23-25.) quasi jam  
nil aliud expeteret.

Diligebat Pater hunc  
filium propter ceteris, eo quod in senectute geru-  
isset eum. ideo tunc omnes consideratum; sed maxi-  
me propriepter praelucientes in eo virtutes ac morum  
innocentiam; sciens namque fratres crimine  
pessimo (seu contra naturam ut intellexerint  
interpretes) inquinatos, eos fraterna correchio-  
ne monitos, nec resipiscentes, dehulit ad patrem  
suum: unde & illi ut accusatorem eum odire  
ceperunt, ut solent mali incorrigibiles;  
item que ei invidabant ut a patre predi-  
lecto.

Istius que invidiae & alia causa fuit,  
quod Joseph conside prophethica sane somnia  
sua fratribus enarrasset, quibus hi ejus ad  
se praexcellentiam futuram prævidebant; hoc  
enim odium & invidia & superbia enata  
maxime aversantur; malis que econtrahau-  
dent alienis; sed o quale gaudium, quo stan-  
te torqueri non desinit animus ut exultans  
in rebus pessimis.

&

& quid de tali radice poterat enasci? te  
terrimi usque odio ac inuidia effectus;  
sic que Josephi fratres cogitabant data oc-  
casione eum occidere occulisse, interim que  
de eo apud se murmurabant pre rancore;  
sed initio inter se detestabili concilio, ex mi-  
nus crudeli iudea sententia, eum prius cister-  
na occisum, praeter unib[us] Madianis cum  
israelitis, his vendiderunt, patri postea de eo  
sciscitanti[m] menhentes. erat que hinc Joseph  
16. annorum, & gregi pascendo incubiliterat  
cum fratribus suis. Discant inuidi in quo  
malorum profundum demerguntur, ni cesi-  
piscant.

## §. II. Joseph captivus. Gen: 39-

*Textus: Joseph duxis est in Aegyptum, emitque eum  
Paphar Eunuchus Pharaonis ... Fuitque Iesus  
cum eo, & erat vir in cunctis prospero agens.*  
v. 1. & 2.

Ismaelite in Aegyptum appulsi Josephum re-  
vendiderunt Paphari, iam inde Joseph  
vere typus Christi a proditore venditi, &  
de uno in alium iudicem remissi; dein ut  
Christus, primo magni habitus, postea falsis

accusationibus impletis vinculis & capi-  
ceri addicitus. Sed & in his omnibus quo tempore  
ris Josephi virtutes salis huius Capitis vera  
Denotant per totum, ut proprie vir fuerit in  
cunctis successibus prospere, seu sancte &  
pia felicitate agens, cunctis proficiens ad  
vitæ & morum exemplum.

Hic tamen  
principue venit laudanda & admiranda  
ejus castitas, qua in forti pugna celebrem  
reportavit de libidine victoriam: ubi eni  
ejus domina ejus visus pulchritudinis a-  
more capta, eum tandem verbo sollicita-  
ret, mirum hoc & prudens dedit responsum:  
Quomodo ergo possum hoc malum facere,  
& peccare in Deum meum, & Deo, & suo do-  
mino sibi adeo faventi, fidelissimum se  
probens, reverentem, & beneficiis gratissi-  
mum.

Sed tanta mulierem invaserat ex-  
plendæ libidinis cupiditas, ut tam justæ &  
piæ correctioni non accipiuerit, imo in dies  
ferventius fædo illo ardens igne fortius & mo-  
lestius

56 Cestius Josephi tentabat constantiam, tandemque furens recedentem pallio apprehendit, ut vi obtineret, quod lohodiniis negabatur. sed belle illusa est a fugiente & solum pallium ei relinquente. o modestiae & castitatis exemplar! o constantia & fortitudine invicta, quam nec blanditiae, nec honor, nec spes aut humannus alter respectus negli valuerunt debellare! Verè Dñus erat cum Joseph. cum adeo esset continens, & licet juvenis, virum ageret, & fortem dei militem.

Hinc ne propter tantam justitiam decesset persecutio, mulier illa perfida, domesticos omnes clamitans advocavit, Josephum profigū adulterœ aletationis incusans, quo audito mariis credulis Josephum vinculum misit in carcerem; sed nec in vinculis Deus reliquit eū, sed & ibi opera ejus ita dirigebat, ut ea videntes mirarentur, & sicut ejus Dñus tanto ei fidelerat sua omnia tradens, sic custos carceris aliis vincitis praefecit. Ita Deus servos suos mortificans viviscat, descendens cum illis usque in foveas, & a seductoribus tutans illos, dans quidem illis

fortia quandoque certamina, sed ut vincant,<sup>¶</sup>  
& legittime certantes coronentur ~

**¶ III. Joseph Princeps. gen: 41.**

**Textus:** Dixit que rursus Pharaon ad Joseph: eue consti  
tui te super universam terram Aegypti. v. 41 ~

Vicit quidem Joseph ut diximus, mundum da  
monem ac se ipsum, & vel ex hoc mundo coro  
natur, & laboris certaminis mercedem ex nunc  
recipit, postquam enim tres annos egisset in  
carceri ex tredecim perpeccae capti vitatis.,  
ad eoque iam 30 annorum natus, Princeps  
Aegypti plenipotentiarius constituir a Re  
ge Pharaone, qui tandem propheticis Josephi  
credens, inito concilio omnium ore eum Aegyp  
to profecit ut cognitum plenum Dei spiritu ~

projecto somniorum ejus prophetiam veri  
tatem monstravit evenitis, & ad septem annos  
abundantiae & fecunditatis terrae, septem alii  
secuti sunt sterilitatis & inopie, ut prædike  
rat, sed ex ejus providentia prævia, fame  
perennibus adjacentibus regionibus, Aegyp  
ti satiati persistenter. Atque haec est vera.

58 prudentia, ut tempore prosperitatis prouidiamus ad calamitatem, ut solet seculuram. tempore pacis disponamus ad bellum, scientes quod in hoc variabili saeculo ad tranquillitatem succedat tempestas; nec homo ipse nunquam in eodem statu permanet, ut ait job, qui curris diebus expectabat, donec veniret immutatio sua.

Sed autem in hoc gubernio Joseph exercuerit virtutes, non est dictu facile. admirare bonum pastorem ac sollicitum gubernatorem in visitulis sibi commissis regionibus; attende charitatem, quietem, misericordiam in aliendis exsilio aegyptiis. lauda modestiam & humilitatem in tot honoribus, cuncta Deo referens dum ait x. 12) Obsere me fecit Deus in terra paupertatis meae, in quibus omnibus Christum prefigurabat, quem Pater aeternus percussum & humiliatum exaltavit, & Regem, salvatorem, & mundi liberatorem constituit, cum idem mundus tanta laboraret inopia; sic que Pharaos Josephum vocavit lingua aegyptiaca Salvatorem mundi (x. 45.) (nra 1395) scilicet optimat pauperum.

¶. IV. Joseph conjugatus.

59.

*Textus: Dedit que illi uxorem Aseneth filiam Rithiphare sacerdotis Heliopoleos. Natis sunt autem Joseph filii duo &c. Genesis c. 41. v. 45. & 50. ¶*

Pharao quidem, sed ut Dei instrumentum, tradit Josepho uxorem, quam ut daram, & sibi a Deo conjunctam accepit, ut expediebat ad conjugatorum exemplum, filiorum educationem, & Christi Ecclesiae sponsi representationem: unde uxor ejus non illius Putipharis militiae principis, cuius Joseph servus fuerat, sed sacerdotis filia fuit, & Heliopoli degentis, quae & solis urbs appellatur & culti solis.

Genuit Joseph filios duos, ne tanto patri benedictionis fructus deesse; primum vocavit Manassem, cum que praesignans dixit: Oblivisci me fecit Deus omnium laborum meorum, & domus patri mei; Manasses quidem oblivionem sonat; ubi notanda venit Josephi pietas, & gratitudo erga Deum, quia filios suos iis non inibis appellat, quibus sibi perenne extet monumentum, ne sibi a Deo impensa misericordiae unquam obliviscatur: un-

60. de secundo nahim vocavit Ephraim seu fructificantem aut crescentem, & addidit: Gracere  
me fecit Deus,

Prophetus quæ omnia aliqui

joseph nomen dedere Serapidis ob mysticas  
eius nominis etymologias appè illi congruentes,  
quibus eius prudenteram, munificentiam, reli-  
gionem, & alias excellencias indicare preten-  
dunt; ita sit, ut præ virtutum copia vix ap-  
tum ad inveniatur tanto Heroi symbolum;  
quia verius honor in virtutibus querendus;  
magnum nomen in earum exercitio acqui-  
ritur unde & vera laus procedit, non ex mu-  
ndano fastu, quo quident inflantur, sed nehi-  
quam solidè impletur homines.

S. V. Joseph erga Patrem, & Fratres.

à Cap: 42 ad 50.

Textus: Osculatus que est Joseph omnes fratres suos,  
et ploravit super singulos. Gen: cap: 45. v 15.  
Joseph vero patri & fratribus suis dedit possessionem  
in Egypto in optimo terra loco... et aliebat eos pra-  
bens cibaria singulis. c. 47. p. n. v 12.

Minc quoque Heroicas Josephi virtutes lice-  
bit ericere, & mira earum exempla deprome-  
re

re imitanda, quorum tamen selectiona tantum  
innuemus extot in horum capiūm serie ex-  
pressis, ne a servata proportione divisionū  
declinemus. Ejus tamen seriei non omittenda  
videatur historica synopsis, quam proinde hic  
apponentes satis nobis ad intentum præstabi-  
mus.<sup>9</sup>

Capite 42. Joseph fratres suos Aegyptum frumenta  
causa venientes agnoscit, eis ignotus, eos dure  
tractat & carceri mancipari iubet, sed mo-  
deramine piissimo & absque vindicta pro-  
pria, solim que ut Deo pro criminibus ali-  
quanhim satisfacerebat, iubet que ut cum pa-  
tre reliquum Benjamin adducant ex Chahaa  
volens simil omnes beneficiis afficeret, & se eis  
manifestaret.

Cap: 43. Eos cum Benjamin reversos lauto  
excipit convivio.

Cap: 44. Benjamino prædilectionis signa  
ostendit, sed prudenter canta ceterorum in-  
vidia.

Cap: 45. Se fratribus aperit, & muneribus co-  
natibus ad patrem remittit, nitem ad se adduc-  
cantes.

Cap:

Cap: 46. Patri cum tota sua prosapia advenienti occurrit, cumque honorifice excipit.

Cap: 47. Eos omnes Pharaoni sisit, ditat, alit.

Cap: 48. Filios suos patri tradit adoptandos.

Cap: 49. Patri benedictionem, & postrema demisse recipit monita

Cap: 50. Patrem mortuum plangit, eum que religiose sepelit

in quibus demirare exempla fraternalis correctionis, amoris inimicorum, prudentiae concordiae, pietatis erga parentes, misericordiae erga egenos, venerationis filialis, educationis filiorum, humilitatis, obedientiae, religiositatis, &c.

### I. VI. Joseph in morte Cap: 50.

*Textus: Cumque adjurasset eos, alique dixisset: Deus visiterabit vos: asportate ossa mea. Vobiscum de loco isto: mortuus est, expletis centum decem vita sue annis. & conditus aromatibus, repositus est in loculo in Aegypto. V. 24. & 25.*

Postquam Joseph postrema illa egisset filialis pietatis officia, reversus est in Aegyptum cum fratribus suis, qui timentes ibi eo vindictam

præteritarum injuriarum se ei humiliiter sub-  
jecerunt servosque proni professi sunt; sed  
eos Joseph blande & leniter allocutis mag-  
no dedit solatio & securitati; videant hic fide-  
les & imitentur Principes clementiam & man-  
suetudinem, sperentq[ue] peccatores veniam a  
Deo mitissimo, si vere contriti & humiliati adeū  
accederint; discant que omnes injuriarum si-  
bi illatarum obliости, imo pro malis bona red-  
dere, ac beneficiis persecutores devincere.

Joseph

ergo post hæc mansit in Egypto cum fratribus  
suis omniq[ue] domo seu familia patris sui,  
usque dum instantे obihi inciperet suas ul-  
timas declarare voluntates fratribus suis, qui-  
bus bona precatis est nomine Dei, jussitque  
ut post mortem suam asportarent illi secū-  
ossa quidam in chanaan, volens cum fratribus  
suis sepeliri in terra a Deo illis promissa:  
ubi h[ic] advertenda est Josephi modestia, q[ua]na  
exequiarum pompa refugit in Egypto, ubi  
Principem egredit[ur], & asportari voluit in Chana-  
an, ubi ovium pastor fuerat cum fratribus  
suis.

Mori-

64. Moritur tandem Joseph tam ländabiliter  
expletis centum & decem annis, scilicet anno  
mundi 2310. ab exaltatione sua in Princi-  
pem &c. ab obitu patris sui Jacob 54. & an-  
te exitum Mosis & Hebreorum ex Egypto  
144. ubi ad moralitatem sic adverfit Ihesus  
Chrysostomus: homines: uult: Vidisti, ait, quoniam majo-  
ra sunt præmia, quam labores; Joseph trede-  
cim annis servitatem & carcerem sustinuit, oc-  
toginta vero regnum administravit; aspor-  
tatus que ut mandaverat, sepultus est in Si-  
chen, ut habetur Iosue 24. postea que ejus  
ossa mirabiliter à Moyse inventa sunt, ut  
narratur Exodi 13. hoc que possumus plures annos,  
cum à morte Josephi ad nativitatem Mosis  
fluxerint ut minimum anni 64: cuius His-  
toria jam ex libro Exodi requirenda est,  
in hoc enim anno mortis Josephi, scilicet mundi  
2310. finitur historia & chronologia Ge-  
neseos.

Cap:

# Caput VI.

## Moyses

Jam versamur in libro Exodi, id est Egressis; in eo namque narratur egressus Mosis & Hebreorum ex Egypto in terram promissam Chanaan: complectiturque hic Liber Historiam ab anno mūndi 2370, ad 2453. seu anno-rum 145.

### S. I. Mosis Nativitas & educatio

*Textus: Videns eum elegantem, abscondit tribus mensibus. Exodi cap: 2. v. 2.*

Natus est Moyses anno mūndi, certius, 2374. ex patre Amram de domo & posteris Levi & ma-tre Joachabed eiusdem styrbis; erat autem a deo speciosus forma, ut ejus elegancia plus quam naturalis videbatur, qua exinde Deus prefigurabat quid ille futurus esset postea, unde & S. Ephrem cum in materno illo sanc-tificatum arguit, sed debili ut patet fundamen-to id assereretur.

Consultò tamen mater ejus tantam venustatem subduxit mundo celare, quantum posuit. unde practica deducitur

66 doctrina maxime pro puellis, ut erubescant  
in publico apparere, & a lascivis se abscon-  
dant oculis, & pro earum matribus, ut id  
ipsum diligenter curent; & cum jam ce-  
lare non possunt, Moysis matrem iterum imi-  
tentur, filias suas producendo suis velis decen-  
ter cooperatas, ne pateant avidis animarum  
tyrannis.

Expositus Moses in iuncea arcula-  
riop & fluminis Iili, ut certam domi mortem  
divinæ commissus providentia evaderet, a fi-  
lia Pharaonis casu juxta flumen ambulân-  
te, muliebri motu curiositate, acceptus, & dein  
adoptatus est, unde & regio more educatus,  
& Moses appellatus est, quod sonat ex aqua  
extrachum, ut perpetua exturet divinitæ er-  
ga illum providentia memoria, ut pateat  
quod fidentes Dño misericordia undique cir-  
cumdat, ut canit David. Ps. 31.

Sed pro mun-  
dani honoris fallacia & inconstantiâ, iam  
a Pharaone cui prius tam acceptus, queri-  
tur Moses ad mortem, quod occidisset quen-  
dam

dam Egyphium cum hebræo rixantem, ut  
hunc fueretur ex Divina inspiratione jam  
agere incipiens vindicem populi hebraici  
tit ergo Regis præcaveret filio rem fugiens  
se recepit in terram Madian ubi latuit ad  
annos 40, accepit que uxorem Raquel quæ  
filiam Sephotam, quæ ei duas pœperit filios  
Gersam & Eliezer. tum jam octogenarius  
esset, obiissentque in Egypto qui eum qua-  
rebant occidere. mirabiliter a Deo vocatur  
in rubo ardente & incombinato, ut iret libera-  
turus Hebreos de manu Pharaonis.

## I. II. Moses liberator Populi Dei efficitur. à cap: 3.

*Tékhis:* Veni & mittam te (ait Deus ad Moysen) ad Pha-  
raonem ut educas populum meum, filios Israel  
de Egypto — cap: 3. v. 10 —

jam Deus Mosen numinis in rubo apparentis  
reverentia & timore perculsum familiariori  
viciniori que congressu ad se invitans erigit:  
est enim initium meritorium grauiarum ti-  
mor Dñi, qui de se diffidentes roborat, exal-  
tat, & ad grandia destinat ministeria: un-  
de

68. de nunc Mosen vocat, ut populi sui cons-  
titutus liberatorem cunctis commendabilem,  
sed resistentibus terribilem.

Quia autem Dei  
vocationem sequenti nihil deest ad intenti  
executionem ipso Deo media abundantia termi-  
nistrante; sic Mosis collata est mira prodi-  
giorum patrandorum potestus, quibus Phara-  
onis perstinaciam ac animi duritatem emolli-  
ret, aliisque admirationem pareret, & se ip-  
sius Dei omnipotentis monstraret legatum:  
tria que haec ei data sunt i. Virgo in colli-  
brim conversae, manus lepra affectae statim  
que ad sanitatem restituuntur, 3. & aquae insa-  
guinem mutatae. Per primum ejus potestus  
quasi cæphro designatur, & quidem potestus  
cachigaliva; per secundum quod Deus ex infirmis  
atque infirmis rebus magnalia operetur de-  
notabat, simul que præviæ monebat Mosen  
de humilitate in tot mirabilibus servanda;  
ac per tertium futura prænuntiabatur a-  
nimorum conversio de peccatis inferuorem,

De tepiditate in charitatis ardorem, utque  
ad sanguinis pro lege dei effusionem. 62.

Dicitur

facile non est, quot terrificis prodigiis tentave-  
rit Moyses Pharaonis durithem subagere, ut  
captivos sibi liberos redderet hebreos; non mi-  
raula, non plague universum vastantes Ä-  
gyptum ferreum valuerunt emollire animi,  
cæli tamen fulminibus horrendis terribus pro-  
misit; sed plagiis orante Mose cessantibus ille-  
rum obduratur: Bella imago perfinacis pecca-  
toris totæ dei monitionibus resistens, solumque  
ad tempus emendationem simulans! Vtique  
Pharaon nona tenebrarum plaga (cap:10.) per-  
culsus Hebreos abire permisit, sed in Mosen pe-  
corum etiam missionem urgentem fortius im-  
pelit, mortem que ei minatur; ac postremo Di-  
vinis pressus flagellis aliis, Mosi in omnibus co-  
sensit, sed recidivus in Hebreos jam extractos  
armis impelit & copijs, quæ tamen Deo per An-  
gelum Hebreis favente aquas obruta sunt, Moy-  
se sua virga aquas dividente, & inimicorum  
castra intundante, huc tandem devenit superba

70. Pharaonis tenacitas, ut visa sonum clade  
& ipse tunc misere periret, Mose in domo ovar-  
te, & suæ missionis fructum reportante. Aci-  
dit autem hic egressus Hebreorum de Egypto  
anno mundi 2454 ~

### S. III. Moses Legislator. à cap: 19 ~

*Textus:* Moyses autem ascendit ad Deum, vocavitque eum  
Dominus de monte, & ait: haec dies domini iacob, man-  
nunciabis filiis israel. Cap: 19. v. 3 ~

Quem Deus voluit electi sui populi redemp-  
torem, dein ejusdem constituit Legislatorem,  
cum enim tertio mense post exitum de Egypto  
pervenissent israelite usque in desertum  
Sihay, in hujus monte Moses familiari ad-  
modum fructus est cum Deo commercio, seu  
cum Angelo dei locum tenente: en primis  
Mosis laborum fructus atque assidua ejus  
orationis, Divina consolatio, intima cum Deo  
colloquio ~

In eo monte Sinai primum tradi-  
vit Deus, seu ille Angelus, Mysi precepta  
Decalogi magno apparatu, strepitu, ac terro-  
re ignis ac fulguri's buccine que clangore;

ut expediebat ad illius Legis publicationem  
 nouæ legis suavitatem dulcorandam, sed ter-  
 ribilis posthac iudicij præfigurativam. Ibi-  
 dem Deus alias leges Moysi tradidit tum  
 morales, iudiciales, & ceremoniales populo  
 suo promulgandas, plures que sermones cu  
 eo habuit circa ejusdem populi directionem  
 & in lege instructionem, ut per sequentia  
 Exodi capita referuntur. Dein, quod sermone deus  
 indicaverat Moysi, suo dedit scriptum digito  
 (cap. 31.) in tabulis duabus lapideis, ad perpetuam  
 memoriam; in quarum prima, quæ ad Deum  
 immediate diriguntur præcepta scripta erant,  
 quæ vero erga proximum servanda sunt, in  
 secunda: ad hæc enim duo lex universa tende-  
 bat. Promulgovit ergo Moyses legem, ut  
 sibi Deus præceperat, & acceptationem sole-  
 nem illius a populo exegit, & ejus implecio-  
 nem hortatus est.

Sed hic ad doctrinam nos-  
 tram non omittenoum, quod Moyses ante  
 legis tabularum acceptationem, bis per 40. dies  
 & noctes, jejunius & orans in Sina persistiterit.

72. tantum enim beneficium legis a Deo recipienda, & Dei familiaritatis potiendae oratione ac jejunio constanti oportebat promereri, atque insignum exaudite orationis, accepta dignitatis, atque ipsius legis commendationem, apparuit Moses duobus illustris in fronte radiis, qui probabiliter nunquam sunt deleti usque ad ejus mortem, quare post primam legis propagationem velabat ex humilitate faciem cum ad populum verba faceret.

#### S. IV. Moses Sacerdos. à Cap: 29.

*Textus: Sed & hoc facies, ut mihi in sacerdotio consercentur... iudees tunica lineis, cingue que balteo Aaron scilicet & filios ejus, & impones eis mitras, eruntque sacerdotes mihi religione perpetua. Postquam iniciaveris manus eorum. c. 29. xl. 1. 8. & 9.*

Ex his verbis clare deducitur Moysen fuisse sacerdotem, immo, ut ait Nazianzenus, sacerdotem sacerdotum, ut cui datur potestas Pontifices ac sacerdotes consecrandi, verum tamen est Moysen sacerdotium consignasse Aaroni & posteris ejus, ita ut deinceps Moysis posteri non inter sacerdotes, sed inter leuitas fuerint annumerati, ut habeant libri.

Pival:

Spē verò Mōyses plura  
 sacerdotalis munēris obivit exercitū per  
 alios 40 annos, quibus præfuit populo  
 Dei, Sacrificia offerens omnis generis, ritis  
 & ceremonias condens pro Dei cultū, fabri-  
 can Arcæ & Tabernaculi dirigens, in eoque  
 offerens ingentia dona principum (*Num:7:1*)  
 docens que populum reverentiam & cultum  
 erga Deum & res sacras; ut inde arguere-  
 mus modum nos gerendi in tempis ac ri-  
 tibus nostris, quorum ea omnia solum figu-  
 ræ erant & signa; ut si tanto cultū, véné-  
 ratione, & religione tunc sacra perageban-  
 tur, quid nunc à fortiori præstandum dedu-  
 camus?

Erat autem Mōyses electi illius po-  
 puli simul Princeps & Sacerdos, Dux & Pro-  
 pheta, & sane, ut ait Ruperthus: ducum &  
 consilium fascibus, atque Regum gladiis eget  
 sacerdotalis sanctitas, & nihil habens, cum  
 sibi conveniunt, nil perniciosius, cum dissen-  
 hant. Dixi & Propheta, nam thoses mo-  
 ri

74. ri, striciori, & frequentiori cum Deo consor-  
tio, ceteros Prophetas facile antecelluit, qui  
raro, ~~admodum~~ & obscura accipere consueverū  
responsa, Deo eis non per se, sed per signas  
& signa loquente. Sed quibus Moses tot  
speciales gratias a Deo meruerit, mox in-  
simulabimus, aliquas è præcipuis ejus vir-  
tutibus annotantes.

### S.V. Mosis Virtutes præcipuae

Textus: Fuitque Moyses vir magnus valde, Exodi 11.11.3.  
Ex superioribus non paucæ innotescunt  
Mosis virtutes, placet tamen hic reflectere  
super aliquas, tum ad clariorem earum no-  
titiam imitationi objiciendam, tum quia  
hoc occasione nonnulla ex Ejus gestis in de-  
cursu historico omnia opportune indicanda  
venient.

Ejus humilitas clarnit, maxime in  
tot excusationibus quibus honorifica sibi a  
Deo data minera declinare tentabat Exod: c.3.  
& 4. adeo demissè de se sentiens, nec Deum se  
aliquentem respicere ausus faciem absconde-  
bat, defechis naturales proponebat (c.4.) eos

75.

honores alii deferebat dicens ad Deum: O se-  
cro Dñe, milte, quem missurus es, Cap: 4. v. 13. Hinc  
meruit Moyses confundere Eloquenter Egypti-  
orum, & tot excellētis ubique a Deo exaltarij.  
Hinc ejus in Ducatu modestia, mansuetudo, pa-  
tientia, quæ facie blanda persistit tolerans po-  
puli murmurationes, calumnias, probra apos-  
tasiā, & rebellionem, s̄niq̄e lapidationem,  
non minis illis, sed precibus pro populo ad  
Deum fusi vindicavit: unde meritò Num: 12.  
de eo dicitur: Erat Moyses vir misericordius super  
omnes homines: cuius mansuetudinis præmium  
ei fuisse iudicant multi Divinæ essentiae vel in  
hoc vita visionem.

In ejus Populi regimine  
illustrem monstravit prudenciam, non poly-  
ticam modò: insignis ejus charitas, & pasto-  
ralis cura effulgit, cum orans pro populo ve-  
niam Eod: 32. se potius de libro vite deleri volue-  
rit, quam illi remissionem negari; Zelus eni-  
trit tum infrequenti ejus pro populo oratio-  
ne Eod: cap: 14. 17. & 32. tum in tentata Pharaonis ac Egyptiorum conversione, tum semū  
sed et a co-  
nomitam

76. in fervida concione b*hius* Deuteronomij,  
qua c*elum* & terram, superos & inferos con-  
testans populum ad Dei legem ob*s*ervand*a*  
ad*egit*: in quib*us* omnib*us* actua ej*us* fides  
resplendet, spes quoque, & mira in Deum fi-  
ducia: q*u*idare Apostolus Hebr: 11. 24. D*ixit* Ti-  
de Moyses grandis fachis, &c. & Siracides Eccl.  
45. breue eius virtutum texuit compendium, &  
Zilechis Deo & hominibus Moyses... in fide  
& lenitate ipsius sanctum fecit illum, &c.)

item

eximiam in arduis ostendit animi fortitudi-  
nem, in decretis iustitiam, temperantiam  
in jejuniis, in omnibus constantiam, honestatem  
continentiam, ut (teste Constantino  
Magn*o* apud Eusebium c. 17.) Platon*i*, homi-  
ni plane modestissimo, ej*us* continentia tan-  
quam exemplar ad imitationem proponere-  
tur: sapientiores que Philosophi ej*us* sapi-  
entiae amuli & imitatores existarent. Quid  
plura? nisi cum S. Stephano dicamus Actor:  
7. A. 22. quod Moyses erat potens in verbis,  
& in operib*us* suis, concludamus que, ut  
in-

<sup>x</sup>  
<sup>x</sup>  
<sup>x</sup>  
in sacerdo-  
tio Religio-  
num

incepimus: sicut fuit Moyses vir magnus <sup>77.</sup>  
valde, ~

**D. VI. Mosis obitus.** Deut:33. & 34.

**Textus:** Mortuus que est ibi Moyses servus Dñi. Deut:34. 5.  
Iam moriturus Moyses benedixit populo Is-  
rael, singulis que seorsim tribubus, ut videre  
est Deut:cap:33. per totum, ubi & eis venientia  
singillatim praedixit, tum in cautionem, tum  
in solarium, sic que usque ad extremum vi-  
tae sue vigilansissimum illis atque amanissi-  
sum <sup>se</sup> præbuit pastorem, Ducem, & Cirato-  
rem; omnibusque Patribus familiis adæqua-  
tissimum exemplar ~

Post hæc cum Moyses jus-  
su Dñi ascendisset in montem Nebo, ut ter-  
ram promissam populo Israel oculis lustra-  
ret, ea tamen non ingressa ibi mortuus est  
in pœnam temporalem illius venialis saltem  
incredulitatis (Num:20.11.) quia dubitanter & non  
adeo fidenter percussit petram ut fluerent aquæ  
populo sibi, sicut iugerat ei Dñus, qui & hunc  
ipsum permisit, ut Moyses post tot grandia  
gesta recordaretur se esse hominem, atque ul-  
tro

78 trō terrae sanc̄e optato privavit ingressū,  
ut hac afflictione a mēdis omnibus purificā-  
tus gloria fruereh̄ ampliori, uticum aliis sāc-  
tis passim Deus disponuit.

Qui ergo censue-  
runt, Mosen non esse mortuum, omnino erra-  
runt, ut vel ex verbis textū nostri patet, quem  
proinde certius est Iosuten, vel alīm scripsisse.  
Neque, ut putarunt aliī, resurrexit ante quām  
christus gloriosus resurgeret, hic enim primatus  
ad Christum Dñm jūre attinebat, quām postea  
Moses cum aliis Patribus sequeretur iuxta  
Math: 27. v. 32. Sepultus que est Moyses, non a  
se ipso, ut Rabbi aliqui delirarunt, sed a deo  
per Angelorum ministerium, frustrā resisten-  
te diabolo, ut habetur in epistola Catholica S. Ju-  
dæ Apostoli, expeditiebat que tanum virum  
ac Dñi servum, non ab hominibus sed ab An-  
gelis sepeliri, & quidem (ut in presenti cap:  
<sup>x</sup> 34. Deut: Dicitur) in loco hebreis ignoto, ne-  
valla Mo- ad idolatriam proclives ipsum adorassent.

Erat

Moses annorum 120. cum mortuus est, a-  
deoque obiit anno mundi 2493, à dilu-  
vio

vio 836. ante Chrishim 1456. Fleverunt q[ue]d.<sup>79.</sup>  
cum filii Israel triginta diebus, ut decebat in  
morte sui Legislatoris, protectoris, Redempto-  
ris, Magistri, Duci, Prophetae, Sacerdotis; sed  
mortuus est Moyses, ut Deo in aeternum vive-  
ret Beatus, & gloriosus, cum fuerit (ex verbis S.  
Aug. l. 22. contra Faustum c. 69) famulus Dei fide-  
liſſimus, humiliſ in recusando tam alium minis-  
terium, subditus in eo suscipiendo, fidelis in ser-  
vando, strenuus in exequendo, in regendo po-  
pulo vigilans, in corrigendo vehemens, in aman-  
do ardens, in sustinendo patiens, is pro eis qui-  
bus praefuit Deo se interposuit, consulenti oppo-  
suit irascenti; O! virum admirandum, salvā-  
dum, ac pro viribus imitandum! —

**S. VII.** Moses typus Christi expressus.  
Ad calcem libet hic & aliam scenę non pre-  
tereundam Mosis excellētiam demonstrare,  
scilicet, quod Christi typus & index fuerit ex-  
pressissimus, ut sequente palebit antithesi, qu-  
am latius ex utriusque gestis compaginat  
Eusebius lib: 3. de Demonst: Evang: —

80. 1. Moyses fuit legislator gentis iudaicæ,  
Christus totius universi

2. Moses idola, Hebreis abstulit, Christus  
ea ex omni ferè plaga mundi ejecit

3. Moses mirificis portentis legem conhulit,  
majoribus Christus Evangelium condidit

4. Moses suos in libertatem vindicavit;  
Christus generis humani jugum excusavit

5. Moses terram fluentem lac & mel pate-  
fecit; Christus præstantissimam viventium ter-  
ram rseravit

6. Elegans infans Moses vix natus Pharaonis  
sævilia, qui mares iudaici populi ad necē  
damnarat, uitæ discriminem subiit; Christus in-  
fans à Magis adoratus, ob Herodis immanita-  
tem pueros trucidantib; in Agyptum secede-  
re est coactus

7. Moses Adolescens omnium disciplinarum  
eruditione claruit; Christus duodecim Do-  
tores in stuporem adduxit

8. Moses 40 diebus jejunans divino eloquio  
pastoris est; per totidem dies Christus non man-  
ducans neque bibens divinæ contemplationi uer-  
avit

9. Moses in deserto famelicis manna, & co-  
turnices præbuit; Christus in deserto 5 pani-  
ons

bus virorum quinque milia saturavit.<sup>81.</sup>

10. Moses inter Arabici sinus aquas illas transiit; Christus super maris undas ambulavit.

11. Moses extenta virga mare divisit; Christus increpat ventum & mare, & facta est tranquillitas magna.

12. Moses in monte rutilanti facie splendidus apparuit; Christus in monte transfiguratus facies resplenduit sicut sol.

13. In Mosen non poterant filii Israël oculos intendere; ante Christum discipuli inficiessuas perterriti ceciderunt.

14. Mariam leproram Moses sanavit; & Mariam Magdalenum de vitiis ad gloriam restituit Christus.

15. Mosen Dei digitum vocarunt Aegypti; Christus in dactilo Dei ejiciebat demonios.

16. Selegit Moses 12 exploratores, & Christus tohidem Apostolos.

17. Iesum Nave successorem sibi destinavit Moses; & Petrum Christus.

18. Moses 70 seniores, Christus 70 discipulos auctoravit.

19.

19. De Mose scriptum est: Non cognovit homo sepulchrum ejus usque ad presentem diem; & de Christo contestati sunt Angeli: Iesum queritis crucifixum; surrexit non est hic;

Atque Mosis Historiam concludamus nostram, ut Philo suam (l. 3. de vit. Mosis. fin.) Haec est vita, hic exihi Mosis, Regis, legislatoris, beneficis, Prophetæ, Qui, ut loquitur Nazianzenus Orat: 22. fuit Legislatorum illustrissimus, Tuler Pharaonis hinc in Pharaonis Deus, divinorum arcanorum inspecto & arbiter, tabernaculi illius veri fabricator, principum Princeps, sacerdotum Sacerdos, Israelitarum Antistes, nubem ingrediens, Aaron pro lingua utens &c. ipse Auctor seu scriptor est talis Pentateuchi, cuius Genesim scripsit exultans in Midian, ut videtur, melius cum Beda & Abulensi dicunt alii ab eo quinque Pentateuchi libros esse editos post egressum Hebreorum de Egipto; Ejus tamen mortem & encomia, certius est addisse Iosuen, vel alium superstitem.

Cap:

# Caput VII.

## Iosue

Recte prorsus de Mose ad Iosue graditur Historia, iste enim ingestis immediatis est successor illius; neque ex Pentatecho alia ad intentionem nostrum educenda reperio: etenim in Levitico Sacerdotales unice perlego ceremonias, in Numeris rerum meras computationes, seu annumerationes; atque in Deuteronomio vix aliud modo, praeter dictorum in superioribus Libris compillatum repetitionem, novamque inculcationem, unde ad alios Libros progreendiendum mihi censeo, quos propriæ Historiales appellant cum S. Hieronymo interpres, teste Sirano sic in Proph:

D. I. Iosue prima gesta, & in Mosis locu  
subsistitio D. Iosue cap: 1 ~ 9

*Textus:* & factum est post mortem Moysi servi Domini, ut loqueretur Dominus ad Iosue filium Nun, ministrum Moysi, & diceret ei: Moyses seruus meus mortuus est, surge, & transi Jordanem istum tu & omnes populus tecum in terram quam ego dabo filiis Israel. Jos: 1. v. 1. & 2. ~

Iosue filius Num filii Elisama de tribus Ephraim natus est anno mundi 2400. 2402. ut resurget 2402.  
*Textus non habet:* a patre primum Osce, dein a Mo-

84. Moses Iosue nominatus: eius generatio, seu  
Ascendentes enumerantur: Piralip: 7. cum au-  
tem crevisset dixit illi Moyses, cui minister ad-  
haerebat, elige tibi viros, & pugna contra Ama-  
lech, Exod: 17. Dux constitutus, & egressus an-  
pugnam, Moses interim pro eo orante, reportat  
victoriam: erat usque Iosue bellator strenuus,  
teste Abuleris, & animositas nimioe, cuius vir-  
tus & prudenter nota erat Moysi, quem & in mon-  
te thoreb comitatus est, ut & in tabernaculo, alii  
que a stes fidelis socius & minister, qui tamen  
illo ad castra revertente (Exod: 33.) non recedebat  
a tabernaculo, quod extra casua pro oran-  
do Deo posuerat Moses: ubi nota juvenis Ios-  
ue religionem, & in orando assiduitatem,  
temporum, ac divini cultus sollicitam curam.

Zer-  
tum suum ostendit se opponens infidelitati  
explororum illorum (Num: 14.) murmuran-  
tium contra Deum, & in Egyptum redire  
volentium: propter quas aliasque viriles  
quarum vel a juventute mira praebebat in-  
dicia, cum Moses de successore eligendo sol-  
licitus

85.

licitus Deum deprecaretur, hoc a Deo audi-  
vit: Num: 27. Tolle Iosue filium Amin; virnum,  
in quo est spiritus, animositus nempe adver-  
sus iniquitatem, ut decet regentem populos.  
vel, ut Cornelius noster commentatur, per illum  
spiritum intellige. universas virtutes & doles  
principi necessarias; & dabis ei præcepta cunctis  
videntibus, prosequitur textus, quasi, ut  
advertis Cajetanus, Iosue præmodus ha compel-  
lendis fuerit præceptis, ut principatum accep-  
taret, & curam populi.

Mortuo jam Moysse  
Deus perse loquutus ad Iosue constitutus eum  
sui populi Rectorem, sed ei oculos proponit  
Novissima principibus præcipue cogitan-  
da, dum incipit dicens: Moyses servus meus  
mortuus est, dein iubet, ut populum transac-  
to jordane ducat in terram promissam, quo  
non erat convenienter, nisi medio transfor-  
tionis labore, posthac Deus ei ut Mosi suam  
promittit assistentiam: ita ero tecum, iubet que  
terram illam dividat cuique suam partem.

86. tum que ei Deus legis observationem commēdat et auctōr eius quile meditationem assiduam; ipse que populum moderari cōpīt magna prudētia, ei que verbo, & exemplib praeceſſe, ita ut vicissim populus suam illi profiteretur submissionem, omnimodam que polliceretur obediētiā. Crat Josue dum gubernare cōpīt  
93. annorum ~~50~~ <sup>50</sup> M̄c̄x̄iginta tr̄ juxta præsen-  
tem computatiōnem, variis variè numeranti-  
bus ~

**§. II.** Josue cum populo ingreditur  
in terram promissam. *jos: 3. &c.* sequent.  
**Textus** Igitur Josue de nocte consurgens movit castra  
egressus est populus de tabernaculis suis, ut brasi-  
ret jordanem .... omnisque populus per arantem  
alveum transibat. *cap: 3. &c. 1. 14. 17 ~*

Josue anno sui duab̄is p̄ seū mundi 2494:  
populum Israēl per annos 40 in deserto pere-  
grinatim trāduxit tandem in terram pro-  
missam per jordanem, mirabiliter cedenti-  
bus aquis, donet eō dūce, & Arcā dñi præuenie,  
omnis populus transiret; in cuius rei monu-  
mentum, memoriamque perpetuam, iussu  
Dei Josue 12 electos lapides ponit curavit in me-  
dio

Dia jordanis augeo. 9.

Josue de nocte consurgens,  
diligentiam facet, quæ vigilantem dedit Pastore;  
oculo & iam tempus est, placatores omnes de som-  
no surgere, cum nullis sciat diem, neque horam,  
atque oleum in vasis suis parare, cum lampa-  
ribus, hoc est, bona in posterum opera sectando,  
veterem per penitentiam exiendo hominem,  
atque clara praebendo aliis exempla virtutum,  
josue movit castra; bellum indicamus anime  
nostræ hostibus; loca, & alias peccandi occasio-  
nes deseramus, omnia ad spiritualem pugnam  
paremus. 9.

Egressus est populus de tabernaci-  
li suis, quia mercedem a Deo recepturos o-  
portet propriam voluntatem deserere, & divine  
totaliter se tradere providentia; immo & confide-  
ter pericula omnia spernere: ut transiret jor-  
danem, qui tunc aquis excreverat; sic enim per-  
venitur ad promissionis terram; & non nisi  
per multas tribulationes intrahur in Regnum  
Dei. 9. Sed ipse Deus sic intrepidos, & desna-

fidentes providentia, mirè consolatur: ster-  
terunt aquæ, cessare facit flodus passionum,  
procellas tentationem, planam docet manda-  
torum viam, vallem exticcat lacrymarum,  
deliciis spiritualibus recreat, præcunte Arca  
Dñi, quim sacerdotes portabant: quid enim  
Sacra Eucharistia, aptius ad caelestes consola-  
tiones prægustandas, ad gratias omnes impe-  
trandas, ut est futuræ pignus gloriae: unde  
quoque fit ut siccō pede per procellosum mun-  
di mare feliciter transeamus ad caelestem pa-  
triam.

Lapides illi durissimi in alveo fluminis  
relicti deponendam indicant cordis duritatem,  
prædicanda Dei mirabilia, gratias pro accep-  
tis reperendas: lapides tamen in humeris  
portandi, seu memoria refinenda peccatorū  
ad humilitatem, penitentiam & proximi  
defectum supplicationem; seu & injuriarū  
oblivionem & retrojectionem.

J.

**J. III. Josue Bellator fortis à cap: 4.**

**Textus:** Dixit que Dñus ad josue: ecce dedit in ma-  
nu tua iericho, & regem ejus, omnesque fortis  
viro, cap: 6. v. 2. Fuit ergo Dñus cum josue &  
nomen ejus vulgatum est in omni terra. v. 26.

Multo ex his hoi restituere poteris. 10. 4. 8.

Ingressus Josue cum populo in terram Cha-  
naan, quod fuit i. s. i. anno, pascha ce-  
lebravit in galgalis, & cum sequenti die popu-  
lus comedisset frumento terra, manna illis  
desiit (jos: 5) Dein septem annos bellando & ter-  
ras dividendo insumpsit. ac in primis iericho  
expugnat, ac fuit delet; Achan furahum  
devincit; mox Hajenses trucidat, & urbem  
Hai concremat (8) Gabaonitas (9) sed eodem a Chanaanis mirè defendit (10) Re-  
gem Assor superat (11) cum regibus federatis,  
atque in Chanaan 31. Reges morti dedit,  
fachis omnium terror, iudex, & vindicta

illa

Pascha celebratio recte Sacram communionē significat  
siderificat, cuius dulcedo denegatur merito iūs,  
qui terrenis pascuntur deliciis: Quare etiam  
merito Dei jusserat statim ab ingressu populi  
israel circumcidisti, ut eorum Majoribus

90 in Egypto præceptum fuerat, ac præsum  
duce Moysè: oportet enim accessum ad  
Angelorum cibum spiritualiter circumcidere  
& a carnalius affectionibus diligenter puri-  
ficari: & quidem cultro lapideo, seu petrino,  
hoc est, per Christi ipsius imitationem qui ve-  
ra spiritualis petra est Christiani ædificii fu-  
ndamentalis.

Deus est qui victoriam illam-  
multiplicem contulit Iosue; idemque nobis  
spirituales concedit victorias, sed in manu, ut  
& nos illi cooperemur resistentes pro viribus in-  
vasioni hostium animæ nostræ, utique fortissi-  
morum, quibus predominari præstat quā  
urbes expugnare. & sicut in bellis fuit Deus  
cum Iosue, nobis quoque aderit in necessita-  
tibus adjuvans, favens, confortans, illuminans,  
sole & luna detenens, si opus sit, seu vita spi-  
ritualium virorum prolongata, ne mens nostra  
consilio aut exemplis destituta, insidiis por-  
teat adversariorum, extetque in tenebris  
& umbra mortis.

Et sane in omnibus Iosue.

97.

sue victoriis pale<sup>t</sup> Divina erga suos provi-  
denias, quae semper adest si b*i* confisis, & pro  
se afflictis auctoritatis persecutio*nem* patien-  
tibus; econtra, iaculta Zei certissima inper-  
dendis impiis, & quorum peccatis certissimo-  
vel in hac vita iis imminent p*œ*n*œ*. Quod  
verò Josue imperante non sol modo steterit,  
sed & luna, quid alius indicat, quam quod  
a Iesu cum Maria omnib*is* proveniat oran-  
tibus victoria.

#### §. IV. Josue dividit terram Chanaan à Cap: 14.

**Textus:** Hoc est quod possederunt filii Israhel in terra Cha-  
naan, quam dederunt eis Eleazar sacerdos, & Josue  
filius Nun... sorte omnia dividentes sicut praeparavit  
Eius. p. 1. & 2. Cap: 14—<sup>28</sup> terra censavit à præliis—  
*ibid.* 4. alt:

Post subiugatam omnem pene Chanaanam  
per illos 7 annos præliis impensos, ejus terræ  
partitionem fecit Josue per duodecim tribus  
uti uniuersique personam offringebat, sicut ha-  
betur capitulo 15. 16. 17. &c usque ad 20. Ne-  
que tamen in ea divisione defuit quo Josue  
duam monstraret oeconomicam prudenteriam  
ubi non pauca etiam extra sortem habuit dis-  
tribuenda

92. tribuenda, ut patet Cap: principiis 15. & 18.  
universim que in ipsa materiali terrarum  
partitione, dimensione, aut dispositione.

Posse-  
derunt israelitæ terram: hoc quoque pro-  
mittitur in Evangelio (Matth. 5.) milibus, non  
tamen ut terrenis inhæreantur possessionibus,  
sed ut habentes alimenta & quibus legamus,  
his contenti cœlestia intense queramus bona;  
quaæ qualibet partitione facta exhauiiri ne-  
queunt, sed manent intacta, ita ut omnes pos-  
sint de illis participes fieri: sint mundana  
& temporalia in mero usu; cœlestia & æter-  
na in desiderio.

Sorte bona illa divisa sunt  
Dei iussu, ut eruamus, nobis operandum non  
esse propter bona temporalia, quaæ potius sor-  
te, quam pro meritis obveniunt; sorte tamen  
a Deo directa, qua opes hominibus tribuit  
juxta altos suæ providentiae fines, nunquam  
tamen in meritorum mercedem completam,  
qua stare solum potest in bonis æternis, sapi-  
entissime a Deo dandis unicuique secundū  
ope-

opera ejus ~

Sed & retrotrachim additur hic, qd  
terra cessavit à præliis, quia nempe jam ante-  
partitionem à victoribus Hebreis subacta. O'ut-  
tinam & terra moralis cessasset a præliis, atque  
anima nostra omnium inimicorum suorum fu-  
set dominata, ut mira tranquillitate polita vi-  
am mandatorum curreret, pacemque posside-  
ret, quæ non datur impiis, quorum cor quasi  
mare servens, quodam quiescere non potest ~

### S. V. oratione Concilio ad Populum cap: 22

*Texhis:* Vocavit Josue omnem Israelem... & dixit ad eos...  
estates solliciti, ut custodiatis cunctæ, quæ scriptæ sunt  
in volumine legis Moysis... diligatis Dominum Deum  
vestrum... quod si volueritis, omnium erroribus ad-  
hærere... auferemini ab hac terra ophima. cap: 23 ~  
N. 6. 11-12. 16 ~

Cum jam sensisset Josue, ac sibi instantem  
sensisset mortem, coacto in unum populo, pi-  
issimam habuit ad omnes exhortationem, qua  
tria præcipue eis commendabat observando, ut  
sibi a Deo datam conservarent, angerent que  
terræ possessionem: primò videlicet, ut ab erran-  
tium gentium abstinerent consortio, omni que ido-  
lorum cultu; 2º. ut omnia diligenter servaret  
se-

94 Legis Dei praecepta. 3º ut Deum unicum lo-  
to corde amarent, ac colerent.

Estote solliciti,

dixit illis, curam exigens in omnibus illis ser-  
vandis, quia sine diligentia, & sollicitudine non  
acquiruntur virtutes, nec vincuntur tentatio-  
nes diaboli ut sibi incertos invadentis; item  
que custodium injungit: Custodatis: humilita-  
tem nempe virtutum custodem; ne thesaurum  
noscum publicè portantes à latunculis infer-  
nalibus deprendemur in via.

Dei amorem co-

mendat: Diligatis: qui enim non diligit ma-  
net in morte; & qui manet in charitate in-  
Deo manet, & Deus in eo, ut habeatur 1. joan: 4.  
Stat autem charitas in Divina legis observa-  
tione, ut toties in S. Scripturis legitimus; & ipsa  
dicit ratio: unde qui dicit se Deum diligere,  
& mandata ejus non observat, mendax est,  
anathema est, infidelis est, fides namque sine  
operibus charitatis mortua est, estque dilectio  
finis legis, vinculum perfectionis, venie pec-  
catorum pignus, ac secura spes futuri præ-  
mii

mi secundum uniuscuiusque opera red-  
dendi. 25.

Tandem que monet ne gentium commu-  
nicent erroribus, eorum que vilent consortia ac  
connubia. ubi fidei Catholicæ puritas commi-  
tatur servanda, quæ minima erroris labefac-  
tatio maculat, ita ut omnia. & singula, crede-  
re oportet ab Ecclesia proposita, quorum qui  
victum negaverit, jam omnium reus factissit.  
Cavenda que sollicitè malorum societas inno-  
centiae, & simplicitatis destruiciva.

Postremò  
minatur sua sprennib[us] monita exilium  
à terra promissa: quia delinquenib[us] & dei  
præcepta inspirationsque contemnenib[us]  
eternum imminet exilium à cœlesti Patria,  
dolenda gratiarum substractio, spiritualis con-  
solationis privatio, commissæ vilificationis ab-  
lacio, honorum que promisorum desperatio,  
sola manet terra pessima; illa miseria &  
tenebrarum, ubi nullus ordo, sed sempiter-  
nus horror inhabitat, ut loquitur Job.

S.

## S. VI. Josue Mors. Cap: 24.

*Textus: & post haec mortuus est Josue ... sepelieruntq.  
eum in finibus possessionis sue ... noverunt om-  
nia opera Domini, quae fecerat in Israele. v. 29. 30. 31.*

Tandem Josue moritur centum & decem na-  
tus annos, atque ad eum anno Mundi 2512. ab  
exili Hebreorum de Aegypto 58. ante Chris-  
tum 1448. sepultus que est a populo in  
Thammathare. Multa de eius filiis fi- mer-  
tic: sicut enim cælobs, & Virgo, ut cum ss. Ignat-  
io, Chrysostomo, & aliis passim traditum: circa  
quod sic habet S. Hieronymus b. i. cont: Iovin:  
Moses moriens plangitur a populo Israel;  
Iesus autem quasi victimus non plangitur: ni-  
phæ enim, finluntur in morte, virginitas post  
mortem incipit coronari.

Morbius est Josue,  
& ut vixerat morbius est, recta docens verbo  
& exemplo, iure à suis non plangitur, qui  
vel discedens ipsis tam salutis est, Israel  
enim ejus doctrinæ imbutus serviuit cons-  
tanter Domino, non tantum in diebus illius,  
sed & seniorum, qui longo post eum vixerunt

tem-

tempore. tanti valent p̄ic Pastorū ad dños 27.  
adhortationes bonis exemplis firmatæ; & instan-  
tis mortis iudicio confirmatæ.

Sepelieruntque  
eum. hic mortis in cultu meditatio, ubi tot  
mortui, & sepulchra recensentur, item chari-  
tatis erga proximum, atque Religionis com-  
mendantir opera, quæ exercuerunt Israeli-  
tæ sepelientes sorsie juxta ritus debitos, de-  
bita que tanto Magistro, ductori, patri reue-  
rentiam; ubi notandum, cum eo repullos esse  
saxeos illos gladiolos, quibus filios Israël Dei jus-  
si circumcidérat in Galgalis; & non ab id re id  
factum dicit Cyrillus Alex: l. 4. in Joan: ut ducamus  
circumcisionis spiritualis gratiam salvatoris  
morte esse affixam.

Neverunt omnia opera  
Dñi, quæ fecerat in Israël, quia, teste Psalmo,  
in memoria æterna erit justus; & iustorum  
nomina vivent in seculum seculi, quorum  
animas non tanget tormentum mortis, et si vi-  
deantur oculis insipientium mori; nosne opera  
Domini dicuntur opera, quia incomribiles sunt

28. consufit, & invocans adiutorem, & comitem ha-  
bit. Hinc est, qui post Moysi succedens tota mira-  
gessit in salutem, & libertatem filiorum Israhel.  
hostes debellans, possessiones adaugens, populum  
verbo edocens & exemplo, prophetis & miraculis  
dicta confirmans; atque in cunctis perfectum  
agens Christi typum.

Libri Iosue interpretes celebriores sunt Ru-  
pertus, Lymanus, Dion: Barth:, Abulensis, P:  
Cosmius Magalianus, Nicolaus Serarius, Jacobus  
Bonifacius, Didacus de Baeza

in Collegio

à die 3. Maij

## Capit<sup>x</sup> VIII. Tuncumanensi anni 1739.

(Iudicium cap: Gedeon 6. 7. &c.)

Nunc ex Libro Iudicium eruendas histo-  
rias suscipimus; iij fuerunt in totum quin-  
decim, videlicet 1. Othoniel, 2. Aod, 3. Sam-  
gar, 4. Barac cum Debbora, 5. Gedeon, 6. Abi-  
melech, 7. Thola, 8. Jair, 9. Jephthe, 10. Abe-  
san, 11. Ahialon, 12. Abdon, 13. Sampson  
14. Heli, 15. & ultimus Samuel, cuius tamē  
sicul<sup>p</sup> & Heli nulla hoc libro gesta enar-  
rantur, sed in 1<sup>o</sup> Regum: Neque nos hic sin-  
golorum

gitorum historias enarrare intendimus, sed 99.  
Gedeonis praeceps, & Sampsonis visas celebri-  
res, ne nimium quantum aggredientes, & mul-  
tum excrescat Opusculum, & vires autem  
pud desint eo perficiendo ~

S. I. Gedeonis in iudicem electio & pri-  
ma in hoc statu gesta ~

Textus: Cumque Gedeon filius ejus excuterebat, atque  
purgarerat frumenta in torculari, ut fugeret Ma-  
dian, apparuit ei Angelus Domini, & ait: Dominus  
ecum virorum fortissime tecum. Cap: 6. à v. 11.

Hebreis à Deo propter peccata punitis ope  
opprimentium Madianitarum, sed jam ex  
penitentia Deum invocantibus liberatorem  
Deis per Angelum designat Gedeonem, filium  
joas, cum ipse Gedeon Madianitas formida-  
ret, sed interim utili labore daret operam: &  
rat autem, & corpore, & animo fortis, sed pro-  
tunc timidum, putata humiliter de se diffiden-  
tem respexit Dominus, & vera fortitudine dona-  
vit, ut bella sua præliaretur, promittens, se  
fathirum cum illo, qui tantum honorem hu-  
mili recusarat excusatione; petenti que ab

An-

UNIVERSITATI  
DE  
GRANADA

100 Angelo signum sue legationis, atque non  
in sacrificium, ut multi volunt, sed in meram  
oblationem offerenti panes & carneas has  
consumpsit Angelus solo tachi viruæ, quæ  
manibus tenebat, se hoc pacto Angelum  
Domini comprobans, non hominem viatorē  
ut Gedeoni visus fuerat; credidit que Gede-  
on Angelo, & omnibus factis ejus, fecit que  
omnia quæ sibi precepta fuerunt ab eo,  
aram Baal subvertit, ac Altare Dño ere-  
xit.

Dñus tecum dixit Angelus ubi iter  
occupato, Deus enim operariis assistit;  
otiantes relinquit ac deserit, unde in tot re-  
tanta labuntur mala, que eos docet otiosi-  
tas: cum laudat Angelus, sed laude non  
capitur, humiliat se, ad eum respexit Deus;  
hospitalitatem exercet, ei mysterium ape-  
ritur, credit tandem, & fidem operibus vi-  
vificat.

Virorum fortissime: dominabatur  
namque animo suo, vilia, ac laboriosa  
exertens opera: quid mirum, quod in ex-  
teriorum

fernorum constitutur expugnatorum? Non  
redit illicò, sed signum postula, non ex ze-  
nitate judicii, sed ex prudentia non credi-  
bus, usque dum rei credenda apta, videat indi-  
cia: solet enim Saracenas se in Angelum Iucis  
transfigurare, ut incertos decipiat, neque om-  
ni credendum spiritui, sed boni signa ferent-  
ti: quo tamen cognito, statim iuxta illud  
operandum, ei que constanter adhaerendum.

**S. II.** Gedeonem persequuntur domesici  
eius, sed Iesus eum adjuvat. cap. 6. 20. 28.

**Textus:** Gedeon filius Joas fecit hæc omnia, & dixerunt ad  
Iosas, quis ibis ille respondit... qui adversarius est ejus  
(Baal) morietur antequam lux crastina veniat... spi-  
ritus autem Dñi induit Gedeon &c -

Cum ergo vidissent viri oppidi eius, mane, quam  
nocte destruxerat Gedeon Arum Baal, indigna-  
ti valde cum accusant apud Patrem suum  
vindictam tanti sibi visi sceleris clamantes;  
& quamvis Iosas næram ei de se non statuerit,  
sed mortem ab ipso Baal Divinitus immi-  
dam imprecatur, quam cives Ephra illico ro-  
lebant infligendam; sed verus Deus in quem  
cre-

102 credens id fecerat, cum mine admirat, & sue  
spiritum fortitudinis largitur ad instruendū  
prælium contra Madianitas innumeros, qui  
contra populum Dñi venerantur milites con-  
vocat, & signo victoriae a Deo iterum accep-  
to in vellere seu lana detonsa, turmas suas  
ad bellum parat.

Dixerunt ad joas, ipsi ejus  
Domestici Gedeonem persequuntur, ipsum que-  
ejus patrem in eum concitant, sed persequun-  
tur propter iustitiam; unde nec eum persecu-  
tiones, nec minæ, nec afflictant imprecações;  
omnibus resistit omnium fortissimus, quia Dei  
fortitudine armatus, scuto fidei munitus, galea  
salutis cooperitus, spei clypeo defensus, undeque  
charitate induitus, & gloriæ veri Dei zelo fer-  
vidus.

Moriatur, malum se credunt imprecari:  
ò utinam! dicit Gedeon: moriar ego morte ius-  
torum, qui ea præoccupati in vno refrigerio  
sunt; allequam lux crastina veniat: venisset  
namque Gedeoni lux perpetua, quæ lucet sanc-  
tis Dei Martyribus præcipue, quibus in hora  
mortis dies est solemnitatis & lætitiae, verae pacis

& prosperitatis, licet videantur oculis insipi*103.*  
eum mori.

Spiritus autem Dñi induit Gedeon,  
legunt. Sephiag: fortificavit Chaldaei vestivit Ge-  
deon: nec mirum, quia Gedeon jam induerat in-  
corruptionem viæ mandatorum Dei, quem qui  
oderunt, induerunt confusione ex Ps: 34. & Job: 8.  
quare, ut monet apostolus ad Rom: 7: 4. abscientes ope-  
ra tenebrarum induamur arma lucis, indua-  
mur Dñm Iesum Christum, & deshucemus om-  
nes inimicos nostros, tenebrarum potestates.

### I. III. Gedeon vincit Medianitas. cap: 7.

Tertius: Dixit Ihesus ac Gedeon: multis tecum est populus nec  
trahetur Medianus ... in trecentis viris, qui lamoverunt  
aquas liberabo vos ... immisitque Dñs quadrum in omni-  
bus castris, & multa se cede truncabant. Et v. 2. 7. 22.

Gedeon ut Medianitas debellaret, exercitum pa-  
raverat duo & triginta milia virorum complec-  
tentem, sed Dei fuisse solos trecentos sibi reser-  
vat ad pugnam, quibus cum se certamini dedit,  
sed prius iuit cum puero prope vallem ubi jace-  
bant innumeri pene Medianitarum milites audi-  
vit que ex eis unum proximo suo somnium referē-  
tert mysticum, quod alter interpretatus est de suhi-  
ra

104. si hira Gedeonis victoria: viderat autem ille  
in somnis sub cineritium panem casha Madian  
subvertentem. Reversus Gedeon ad suos, & majo-  
ri spe concepta vincendi, irruit cum suis tre-  
centis in tot adversarios quos tubæ clangore,  
lagenarum complosione, lampadarum corru-  
cantia ita percitat perculit, ut confusi in se ipsos  
mutio impetrarent, ac tandem mutia cœde fru-  
cidarent.

Multus tecum est populus, volebat  
Deus non propriis viribus sibi tribuendam à  
Gedeone victoriam, sed Divinæ omnipotencie:  
non enim in rebus etiam majoris momenti mediis  
fidendum humanis, sed Divino auxilio; ea nique  
ex parte nostra ponendo quæ valent conducere;  
& ideo Deus trecentos illos viros voluit Gedeonem  
comitari, sed hos precise ei permisit, ut posita  
quæcumque a nobis humana media agnoscamus  
de se valde debilia, ni Deus manum adjutricem  
porrexisit: hinc cum tanto populo non erat tra-  
cendens Madian, & paucis Dei jussu assumptis  
victoria consequenda promittitur: Liberabo vos

Qui  
lambuerunt aquas,: cæteri namq[ue] curvatis ge-  
nibus

nibus liberant: hoc est, quii animo prono ac <sup>105.</sup>  
solicito terrenis detrahē adh̄erent inēphi sunt ad  
Dei opera prosequenda, imo bonis permixti totam  
infectant multitudinem; qui vero transeuntes, &  
quasi mere lambentes mundanis uinhincur, seu ad ne-  
cessitatem praece sublevandam, a Deo eligitur,  
etiam si hominibus hominibus timidi & ignavi  
videantur, quia Deus infirma mundi sibi eligit  
ut confundat fortia, & mundi contemptores sibi  
amicos copulat, & mundi ipsius victores efficit.

<sup>immi-</sup>  
sit que Dñs gladium, & venit utique Dominus  
mittere gladium in terram; sed in castis Madian,  
hoc est peccatorum, qui perfinaces suis adh̄erent  
vitiis, disperdens eos, ita ut lānguam firmis eva-  
nescant; justi autem, et si longe pauciores, pravos  
superant, & de anima sue inimicis quamplurimi  
victoriam reportant, quia non de propriis glorian-  
tur viribus, sed mediis que possunt positis, soli-  
nidunt Deo humiles, & quidem timidi, sed timore  
sancto, quo longe strenuiores probantur omnibus  
mundi superbis & potentiis, qui inanes a Deo  
relicti tandem multo se trucidant, iuxta illud:  
inter superbos semper iuria sunt: Proverbiis 13. 2. §.

## §.IV. Gedeonis aliæ victorice. cap. 8.

*Textus.* Ascendensque gedeon per viam eorum, qui in tabernaculis morabantur ad Orientalem partem... posuit castra hostium... surrexit gedeon, & interfecit zebes & salmanus: N. H. & 21.

Post adeptam predictam victoriam de madianitis, occurrit gedeon ephraimitis seu viris ephraim, qui ad eum conquisiti sunt, quod ad bellum eos non vocasset, quos famen leni placavit responso, invespans tamen suaviter eorum olim in preliando onecipitationem. Dein vero cives socoth & shannel, eorum superbe panes sibi negassent, conferit; ac post haec principes madian ericidat.

*Ascen-*  
*densque gedeon,* & ibat gedeon, ut bellicæ industræ peritus, ut ex improviso & ergo hostes capneret, quasi qui serpente inseguishir; non lingua sed canam canthus apprehendit, sic & contra pectatum pugnandum est, à quo monemur tanquam à facie colubri cavendum; non in facie in lucamur illud naturam & proprietates ita exacte scrantes ne iterum ejus veneno vel tantisper feriamur, sed canicam ejus, seu effectus potius attento perscrutemur examine, ubi nil blanditiarum reperiemus quod pravam naturam titillat & allicit, sed frustula

nesta plurima & omnibus mens abhorreat, sic que  
& peccatum & dæmonem ipsum ex improviso inva-  
demus, & facilis veritatemus.

107.  
Surrexit Gedeon, &c

Provocatus à principibus Nadiano, Zebee, & Salma-  
nos, quos & iure suspicabatur sterios fratres suos  
occidisse; & bellico fervoribus animo, & sanguinem  
fratrum vindicando zelo, in illos irruit, & interfecit;  
ut & sibi superbe alimenta negantes contriverat:  
in quo & justitia laudanda, & zelus imitandus  
venit: <sup>ad</sup> judicem namque attinet, iusta punire fa-  
cina, ad malorum exterminationem, & innocen-  
tium cautionem: non enim in iis Gedeon ut priva-  
bus operabatur, sed ut publicus iudex a Deo consti-  
tutus: atque in morte sibi negantum alimenta  
non pro privata castigavit iustitione, sed in sua digni-  
tatis per verba superba læsæ justam vindictam:  
qui enim quoquo modo aliis præsunt, utique debent  
sui ministeris iuri consulere, quia loco Dei consti-  
tutisunt, à quo vera potestas omnis descendit: disca-  
mus etiam hinc charitatem erga proximum, &  
majoribus debitam reverentiam ac obedientiam,  
quā, quia illi non observant, merito trucidati  
sunt.

S. V. Gedeon regnare recusat; & alia  
eius gesta enarrantur. Cap: 8. à ff. 22. ad 28.

*Textus: Non dominabor vestri... sed dominabitur vobis Dñus.  
... Fecitque ex eo Gedeon Ephod, & posuit illud in civitate sua  
Ephra... & rieavit terra per quadraginta annos, quibus Gedeon  
præfuit ~ v. 23. 27. & 28. ~*

Cum filii Israhel Gedeonis gesta præclara essent in-  
tuiti, quem huc usque nō iudicem à Deo constitu-  
tum recognoverant, sibi jam in Regem absolu-  
tum postulant, regnum ei offerentes, non persona-  
les solum sed hereditarium dicentes: Dominare  
nostri tu, & filius tuus, & filius filii tuu; quia libe-  
rasti nos de manu Madian: noluit ille, sed Deo  
omnia retribuens, refert & oblatum imperium:  
manib[us] tamen hostium ab eis expellit, quas ex  
præda collegerat; atque ex illis Ephod fabricavit  
quod ejis posteris occasio fuit idolatriæ & excidi.  
sed ejus tempore magna pace polita est tota  
terra Israhel funditis profligatis Madianitis.

*Non  
dominabor vestri. Agnosce inter tot victorias  
Gedeonis modestiam & humilitatem; regnum  
ei motu proprio offerunt israelite insinceram*

109.

ab eo accepte libertatis gratitudinem; & ipse ceptra respiuit; a Deo sibi datam dignitatem accipit tandem; ab hominibus oblatam constanter recusat: quia solus ille probatus vere est, quem Deus commendat, ex 1. cor. Nec quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocatur a Deo, Hebr. 5. non enim securus esse putandus est, qui ab hominibus, sed qui a Deo sublevatur; omnis mundanus honor fragilis vanus, & previssimus; qui autem a Deo procedit, stabilis & permanens est.

### Dominabitur vobis

D<sup>omi</sup>n<sup>u</sup>s, hic & magnam in Deum fiduciam, & Divine vicissim providentiae commendat dispositionem, oblatum sibi regnum in Deum transcribens; qui proprie dominatur est omnium, ideo quile posse agere tullit israelitas a Samuele postulare Regem, quo eis dato, monstravit evenis eis fuisse in ruinam, & religionis vera destructionem: unde & nos Deo soli fidamus, nullum anima nostrae Regem queramus nisi Deum nostrum: dicamus non homini, sed Deo Patri: Dominare nostri, tu, & filius tuus; sed & temporales nobis dabis Reges,

&

170 & Præmies habeamus ut Dei vicesgerentes, & ne nobis inquam sint perditionis occasio, eorum recte iuris ut dñ o pareamus, secundum vero prava eorum opera ne faciamus.

Fecit ex eo Gedeon Ephesus &c non idolum, ut apud Abulensem censem aliqui; sed merum victiarum monumentum, quo tamen abusi Gedeonis posteri, in idolatriam deflexerunt contraria Gedeonis intentionem; ut cum Sancto Augustino verosimilius tenent Alii: hinc tamen deducamus nullum pro posse probare proximis ruinæ spiritualis occasionem, præstatque bona aliqua omittere, quæ pravi possint in animæ sine malum vertere, aut ex quibilibus possint aliqua scandalata provenire.

Quievit terra; & Pacem nempe adepta est post devictos a Gedeone Midianitas, quia post tempestatem succedit tranquillitas: sic & anima nostra si suos strenue debellaverit hostes magna potetur pace, quam tamen non habebit perfectam donec ut Gedeon bello constuki non infimos solum prostraverit hostes & eorum principes; hoc est do hec vita passiones & mortis pravos omnes perseveranti eradicaverit mortificat-

## §. VI. Gedeonis filii, mors, &amp; sepultura

*Texius: Habuitque rephuginta filios ... genit & filium nomine  
Abimelech. Mortuus que est gedeon filius joas in senechite bona,  
& sepultus est in sepulchro ious patris sui in ephra N. 31. & 32.*

Hic sacer Texius Gedeonis referit filios 70. quos habuit ex uxoribus, & alium ex concubina seu uxore secundaria, qui vocatus est Abimelech, seu Pater Rex, eo nomine a matre posito, ut & filius Regis haberefut, qui & revera imperio est potitus, misere excisis a Gedeonis morte prævaricationis cæteris ejus filiis, sed & ipse Gedeon moritur, at in senechite bona & Deo gratias & fidelis, & pahis sui joas sepulchro conditus est, posthac vero populus Israel in cultum Baal relapsus est.

Ha-  
buitque 70. filios, qui tamen omnes Deo vindice occisi sunt, quia ad Deos alienos conversi sunt: atque in his suo modo Deus Gedeonem castigavit, quod Ephod illud, etsi sine honesto, sed imprudenter fabricaverat, quod ejus domui fieret in ruinam: sic que Deus assolet mala gesta parentum in filiis punire, ut hi caveant prava sequi illorum exempla; haec que vicissim illi ~~percepissent~~ ne præ-

112 præbeant, sed ita segerant in omnibus, ut nec par-  
vili habeant, in quo scandalizentur ~

Morbius est

Gedeon in senectute bona : omnium finis mors est  
moriuntur pauperes, moriuntur divites, subdit &  
proceres, Reges, & imperatores; sed non omnium  
mors æqualis, quæ communius vita anteacta  
respondet: unde recta Gedeonis gesta mors glo-  
riosa secuta est; sed & illud: in senectute bona  
perseverantiam denotat usque in finem, sine  
qua nil ei profiissent victoriae, nil virutes in-  
choatae, nil gesta præclara; oportet ergo be-  
ne inchoata recte prosequi, & male incepta  
quanticius corrigere, ne mors nos feriat in  
tempore malo ~

Notandum etiam venit, quod  
Sacra Pagina subjungit: Postquam autem  
morbis est Gedeon, aversi sunt filii Israel...  
nec recordari sunt Domini Dei sui... nec fecerunt  
misericordiam cum domo Gedeon, hoc est:  
& Deo & Gedeoni infideles fuerunt; ita om-  
nino peccatores recidivi; qui consiliis a Con-  
fessario acceperis, veniam que a deo obtenta pec-  
catorum

113.

calorum, denuò in pristina labuntur peccata; auditis, aut visis Dei iudiciis tantisper resipiscunt; dein terrore cessante, ad priora redeunt; donec sub pii patri tutela sunt pie vivunt; emancipiati, in via corrunt ut decatenati canes: hinc erne, quantum Rebus publicis pro sint boni magistri, rectores, iudices, gubernatores.

## Caput IX. Sampson

S. I. Sampson prænunciatur, nascitur, Dei spiritu imbuitur, iudex israelis constituitur. judic: cap: 13.

Nova Hebræorum irrepserat idololatria, quam Deus nova Philistinorum oppressione castigavit; sed ut summe misericors, eorum misericordia decretit, liberatorem eis donare; quare Angelus matri, & patri Manue prænuntiat orum Sampsonis, de eiusque educatione documenta præbet, Manue id ab eo prudenter postulante; & tantum filium aliquatenus promerente pio quod Deo obhilit sacrificio: peperit itaque uxore eius filium, cui nomen posuerunt Sampsonem, quod Hebraice interpretatur sol letitiae; & diminutive sol-

114. cuius, seu sol parvus: crevit puer, & benedixit ei D<sup>n</sup>us, eis que decorauit dohibus, quibus israelis invictus evaderet vindicta, ac index decimus-tertius.

*Textus (initio locandus)* Manue habens uxorem steri-  
lem, cui apparuit Angelus D<sup>n</sup>i, & dixit: .. concipies  
& paries filium: caro ergo ne es... Peperit itaque  
filium... caputque spiritus D<sup>n</sup>i esse cum eo in castris.  
¶. 3. 4. 24. 25.

*S. Ambro. Ep: 76.* Manue Sampsonis pater cum uxore mira vi-  
vebat religione & pietatis observantia, quibus  
virtutibus diu a Deo probatis longa sterilita-  
te uxoris hanc tandem per Angelum suum re-  
creavit D<sup>n</sup>us: tanquam valet annus Deum constans  
laborum sufferentia: nunciatque ex ea nasci-  
turum Sampsonem israelis filium, iudicem  
ac liberatorem; sic misericors Deus præmiare  
consuevit sterilitatem patienter perpessam, ut  
eam miro compensarit heroum partu; Isaac nam-  
que Joseph, Samuel, Ioseph, Baptista &c piarum  
Sterilium filii sunt: ne ullus in afflictione des-  
peret, sed Deo fidat, Deum expectet, viriliter  
agat, & suspiriat, quia veniet consolatio in tem-  
pore suo; adverte obiter ab uxore capisse conso-  
lationem

115.

lationem, quia magis afflictæ, et ratione sexus ma-  
gis credula, quæ statim maritum de re tota certio-  
rem facere tentavit; qui oratione facta euangelium  
nuncium sibi apparere promeruit; oravit enim  
non dubitans, sed doceri appetens & de præmissa  
filii educatione interrogans: piæ utique Deus  
exaudiit preces, & portentis, dum opus est, filiorū  
educationem promovet.

Cave ergo, &c. Hæc sunt do-  
cumenta pro tanti filii educatione, ut ab omni  
quod inebriare possit abstineat, vel ab utero, ne  
minimam hauriret ad talia inclinationem, sed &  
sola munda comedenda appetat: bella educatio-  
nis principia, quicrum defectu tot in mundo pro-  
jacent in ebrietate & crapula; hæc enim hominē  
non erigunt, sed postius prosterunt: unde per gene-  
s. Basilius hom: de jejunio: Quid fortissimum Samp-  
sonem inexpugnabilem reddit? nonne jejunium  
per quod in matris utero concephus est? jejunium  
concepit, jejunium nutrit, jejunium, fôrtem effe-  
cit: hinc etiam pro causa tanto abstinètiae addi-  
dit Angelus: Erit enim Nazareus Dei ex utero ma-  
tris, non utique sanctificatus, ut perperam inferunt  
aliqui, sed separatis à cœleris, Deo dicatus, & in ju-  
dicem

116. dicem ac israelis liberatorem destinatus; ita enim decebat disponi quem Deus ad alta designabat munera; ut a minimis per parcimoniam incipiens vere magnus evaderet, ac ~~in~~ abundantia parce uti addisceret.

Jam vero in gratitudinis signū Manue sacrificium Deo obtrulit, ita suadente Angelo, sibi sacrificari renuente; sed quis fuerit iste Angelus adeo humilis, nisi ille superborum objurgator zelozissimus, qui dixerat: Quis sic ut Deus? sanctus inquam Michael (ut verosimili-  
ter opinatur Senarius) qui exinde hominum agebat protectorem pro Hebreis, ut nunc pro Christianis. Oblato sacrificio benedixit Deus Samsoni, cum scilicet donis suis cumulando, & heroica fortitudine donando ad finem ad quem eum elegerat, Philisteorum <sup>nempe</sup> tempore profligan-  
dorum: vota nostra etenim Deus acceptat, si obedienti, sincero, ac humili ea antīno obtuleri-  
mus, ea que per abundē remunerat suis gene-  
ctionibus & gratiis.

Cepitque spiritus Dñi  
jta spiritu Domini repletur Sampson ut mag-  
na aggrediatur & perficiat; nulla enim valet

fortitudo, nulla virtus, nulla industria aut conatus, nisi desursum veniat à Patre luminum humana vis attentat quidem, sed dese quid perficit, nisi inchoatis incrementum dicit Deus? immo nec cogitar valet boni aliquid, nisi spiritu Domini illustretur, a quo velle nostrum & operari provenit, sed qui praelectis & non resistentibus tribuit adeo affluerter, ut Philistaeos omnes seu demones animæ suæ insidiantes valeat proficere, rectos eos suarum passionum seu cupiditatum constituens judices in castris hujus seculi cuius vanitatis & callidis insidiis suas victores liberent animas.

### §. II. Sampson ducit uxorem. cap: 14.

*Textus: Vidi mulierem... quam queso ut mihi accipias uxorem... vis accipere uxorem Philistinum, qui incircumcis sunt? nesciebant quod res a domino fieret... Detcendo itaque pater eius eccl - v. 2. 3. 4. 7. &c.*

jam adultus Sampson descendit in Thamnata, ubi videt & amat Philisteam, ac dei impulsu petit a parentibus suis, ut eam sibi accipiant in uxorem, quam ut alienigenam repuebant ei tradere, sed ejus insistantis impulsu cumeo pergunt ut nuphas celebraret, cum ecce in via eum

eum rugiens invadit Leo, quem tamen ipse intermis, sed Dei spiritu potissimum illico dilacerat: hinc aptata celebrat sponsalia; post dies aliquot rediviens ut eam acciperet, examen apum videt in ore leonis illius, mel que de eo comedit ipse, & parentibus comedendum dedit: ex quo postea 30. philisteis sibi in nuphiis comites datis hoc proposuit ænigma: De comedente exivit cibis, & de forti dulcedo: solvendum sub premio vel onere trigesita syndonum & totidem tunicarum: quod nec cum perse nullus explicare valeret ope uxoris à Sampsone solutionem extorquent, uestes que ab eorecipiunt aliorum 30. quos Deus deo movente occidit in Ascalone, iratus que domum paternam repetit.

videlicet  
mulierem & vidit & illico concupivit, sed  
ut sibi in legitimam acciperet uxorem: unde  
semper patet quam provocativa sit mulierū  
visio, quae statim concupiscentiam afficit, &  
ut plurimum non ad finem licitum, ut hic sa-  
soni, sed ad prohibita desideria, verba, & ope-  
ra: quare oculorum concupiscentia sedulo

frænanda est, ut & aliae facilius possint cohibe-<sup>119.</sup>  
ri: sunt namque oculi fenestræ, per quas in ani-  
mam mors ingreditur; & sane qui viderit mul-  
tem ad concupiscentiam eam, jam mæchañus  
est in corde suo, ut dicitur Matth. 5. nisi tamen a  
Deo diriganter aspectus, ut in præsentî, hunc enim  
& abundat gratia, ne in ipso ignis medio aestue-  
mur. ♦

Quæso, ut mihi accipiat̄is uxorem, à pa-  
rentibus consensum expelit, & merito, id postu-  
lante debita iis obedientia & submissione; ins-  
titat tamen: quæso, ut ineunte juventute (ut S.  
tenet Ambrosius ep. 24.) periculum fornicatio-  
nis, quod juvenes obœdientiæ fervorem ineunt, effu-  
geret: laudandus profecto conjugii finis, cum pres-  
tet nubere, quam urit.

Vis accipere uxorem Phi-  
listim? ~~et~~ probrabant illi parentes quod Philistæ-  
am, alienigenam, & contra legem ducere vellet,  
& bene opponunt nescientes a Deo impulsum  
Samsonem; oportet enim parentes non nunquam  
in his filios coercere, ne precipiti voluntate in-  
decorosas contrahant nuprias, maximè inter

120. Religione disperas, ut monet cit: Ambrosius b. i.  
de Abram cap: ultimo dicens: Cave christiane,  
gentili, aut iudeo filiam tuam tradere. Cave  
omnem alienam a fide tua uxorem accersas ti-  
bi: cuius rationem prius dederat, quia non potest  
congruere charitas, si discrepat fides; & saepè ille-  
cebra mulieris decepit etiam fortiores maritos, &  
a religione fecit discedere. Optimè tamen & jus-  
tissimè Sampson insthit, quia divino moveba-  
tur impulsu, sibi in lege dispensante, & vires  
ad omnia pericula superanda tribuente, vel  
potius ipsa pericula amovente: sic enim Deus  
quos impellit, roboret, liberal, vivifcat, & om-  
nibus superiores efficit.

Descendit ita que pater  
ejus, &c ut filii nuphis assisteret loco que celebra-  
ret convivio, assenserant tandem prius reniten-  
tes parentes, in eo pii ac prudentes, nec filii volun-  
tatem nimium coarctare volentes, & abs dubio Dei  
quoque motioni eis non cognitæ obedientes. Samp-  
son quoque illis celaverat, a se inermi occisum  
in via leonem, solum que de melle post inventa  
eis dederat: unde & noluit suum ænigma propo-  
nere.

121.

nere sodalibus: in quo significabatur ex ejus victoriis populo miram obvenitiram suavitatem, ac ex ejus fortitudine dulcissimam felicitatem. Quod si problema illud mystice voluerimus intelligere, utique veritatem illam deducemus, quod qui legitime, et si laboriose certaverit, gaudiose postea coronabitur, ut Christo fel. passionis, mel dedit gloriissimae Resurrectionis, & Ascensionis: labores manuum nostrarum manducemus, & bene nobis erit. ¶ 127. Imo & de vixis quæ hucusque devorarunt animas nostras, forti pœnitentia eruemus mellifluas consolationes, & de forti concupiscentiarum Victoria obveniet nobis cœlestis recreationis dulcedo.

### S. III. Sampson Philistæos mire persecuitur. Cap: 15.

*Textus: Sampson respondit: ab hac die non erit culpa in me contra Philistæos faciam enim vobis mala.... adhuc ex vobis exceptum ultionem.... persecutus que eos ingenti plaga.... vincula quibus ligatus erat dissipata sunt... marillam arripiens interfecit in ea mille viros. V. 3. 7. 8. 14. 15.*

Reverso ad paternam domum Sampsonem, pater uxoris ejus pulsans filiam suam ab illo repudiatur, eam tradit sodali ejus: quod ut Sampson resolvit, minatur se id de Philistæis vindicaturum, capitis que trecentis vulpibus binas ligat cauda ad caudam

122 & in medio faciem accensam, his que in Philisti-  
norum, iam maturas segeles missis, omnes eorum  
fructus comburit: hanc Philistei injuriam vindicant  
combustione uxoris & pablis ipsius Sampsonis, qui  
& revindicat minatus percussit eos sura sive co-  
xa superfemur ingenii plaga valde, recessitque in  
speluncam petrae Ethesam, quo pergunt ulturi Phi-  
listae ter mille, quibus cum se ligari permisisset,  
spiritu Dei motus vincula forfissimus disrumpit,  
& ibi reperita asini maxilla mille Philisteos inter-  
fecit, & reliquos omnes fugavit.

Ab hac die  
non erit culpa in me contra Philisteos: sub pre-  
textu ulciscendæ sibi factæ injuriæ in uxoris ab-  
latione, verè intendebat publicas vindicare in-  
jurias tobi populo à Philisteis illatas, sed his ta-  
ctis suas privatas præcise objicit, ut poenis in-  
se, quam in populum sibi commissum inimicos  
concitaret: verè bonus pastor, qui animam su-  
am ponit pro ovi bus suis, se accusat, ut alios  
excusat, laborat, ut alii quiescant, præfert  
privato bonum commune. Combussit itaque  
omnes fructus eorum ope campadarum illa-  
rum ad vulpium caudas ligatarum: huc ad  
mo-

moralem sensum, facit illud Cant: 1. Capite nobis<sup>123</sup>.  
vulpes parvulas, quæ demoluntur vineas; vul-  
pecula sunt vastantes animam nostram, peccata  
venialia, quæ in ea devotionis succum sensim  
exsugunt, quas si parvulas non capimus, tandem  
excrescentes, seu fatalia peccata procreantes,  
spiritualem vineam ex toto destruunt, & amoto  
concupiscentie igne, in alrum cinerem redigunt.

<sup>Cap: 15</sup>  
*Adhuc*  
ex vobis expelam ultiōnem; Philistæi namque  
ut dentem prodente redderent suarum segetum  
combustionem, alia combustionē vindicarunt  
mulieris & patris Sampsonis, qui ideo illos ingen-  
ti plagā percussit, quam varii varie explicant  
apud a Lāpide, qui verit. Percussit, obviis quos-  
que passim feriendo, sternendo, & mactando, ita  
ut stupentes, ut solemus, suram pedis unius alte-  
ri femori imponerent. licet non cessit Sampson  
Philistæis reuulscentibus, quia populi Dei defen-  
sorem agebat, illique injustam exercentes vindic-  
tam meritò reperculiuntur, iudices enim non pas-  
sione præoccupati, sed ex iustitiae zelo perlinaces  
punient, qui non ideo justè in iudicem ipsum ira-  
suam converunt ac reverberant. *Vincula*

Vincula, quibus ligatus erat, dissipata sunt,  
suis se Philisteorum minanti imperio ligantes man-  
suetus sustinuerat, ne iterum ii pro se patarentur;  
sed dein fines & vincula, perinde ac si linea forent  
disrupti; sic Dei virtute, diaboli laqueos & retic-  
ula facile confringemus, si patientes, & humiles  
benignosque nos gesserimus erga proximum ~

*Ma-*  
*xillam arripiens interfecit. terha fuit plaga quā*  
*Sampson Philisteos est insecutus, acī maxilla*  
*percūtiens eos, & viros mille interficiens, per quid*  
*minimum & abjectum mirum quid operatur,*  
*ut agnoscamus, Deum nostrum de ipsis lapidib⁹*  
*suscitare filios Abrahæ, pauperes in dīvites,*  
*abjectos in sublimes, peccatores in viros justos*  
*convertendo, & mediis ad humanum oculum*  
*ineptis fines altissimos consequendo ~*

#### S. IV. Alia mira, & fortia Sampsonis gestæ. cap: 15. fine, & cap: 16. initio ~

*Textus: Aperuit itaque Deus molarem dentem in maxilla asini, &*  
*egressæ sunt ex eo aquæ ... judicavit que israel in diebus Philis-  
tum virginis annis. — Abiit quoque in gazam ... apprehendit*  
*ambas portæ foræ .. impositas que humeris suis portavit ~*  
*c. 15. a v. 19. & c. 16. ad v. 4. exodus: ~*  
*Sampson sitiens valde, sic orat Deum: Tu dedisti*

125.

victoriam hanc, & ensiti morior. aperitque illi Dñus mortale molarem dentem in maxilla asini, & continuo inde egressæ sunt aquæ, quibus haustis vires recepit. Totum tempus quo Sampson israel judicavit, numerantur viginti anni. Hinc abit in Gazam, ibique ad meretrice cap: 16. ingreditur gavisi Philistæi ponunt in porta urbis tota nocte custodias, ut mane exequunt occiderent, ille autem dormivit usque ad medium noctis, indeque surgens apprehendit ambas portæ fores cum postibus silis & serâ, impositas que humeris suis asportavit in verticem montis juxta Hebron.

Aperuit itaque Dñus, &c. Misericors Deus silentem Sampsonem & orantem miraculose potavit aqua ex asini maxilla erupente, ut unde victoriam ille fuerat consecutus, ei præmium eveneret, nec confundetur qui orans speraverat in domino: quæ enim in hac vita nobis fuerint ad Dei gloriam instrumenta, ex ipsa nobis erunt in præmia; & quoties fidenti animo necessitales nostras Deo aperuerimus, ipse, editis clam portentis, ab omni nos eruet tribulatione

Judicavit que &c idest vindicavit  
 & liberavit populum Israhel per annos viginti,  
 quibus Philistini opprimebant Hebreos; sicutque  
 Sampson longe dissimilis ceteris iudicibus, qui  
 per exercitus pugnarunt; ipse autem solus con-  
 tra exercitus præliauit eosque fudit & occidit:  
 ut pateat non in multitudine, sed in Dei virtute  
 stare victoram, qui Deus est exercitum, quo  
 comite etsi consistant adversum nos castra tri-  
 bulationum, temptationum, adversitatum, non est  
 quod timeat cor nostrum; sed in eo sperantes ha-  
 bebimus foritudinem, qua hostes omnes conter-  
 mus.

Abiit quoque in Gazam vidit ibi mulie-  
 rem meretricem, ingressus que est ad eam: quod in  
 sensu Scripturæ ex Cornelio fornicatum Sampsonem  
 sonat, etsi à Divo Augustino excuseatur; sed vero  
 quid mirum, si videns meretricem ingressus est,  
 amans periculum in illo periret? si bculos frenas-  
 set morti aditum occlusisset?

Apprehendit ambas  
 &c Ob prædictum peccatum non amisit Sampson

fortitudinem, quæ erat gratia gratiæ data, &  
sita in ejus Nazareni; tollensque portas ga-  
za Christum representabat nocte de sepulchro re-  
surgentem, & virtus divina lapidem amoventem  
indeque mortis portas, & averti vixit educentem,  
sic cælesti fortitudine armati passionum, ac pecca-  
torum confringemus catenas; corumque pondera  
humoris considerationis, ac poenitentiae supportan-  
tes Philistinorum dæmonum oppressionem evade-  
mils ~

S. V. Sampson à Dalila decipitur,  
à Philistæis excœcatur. cap: 16. 4.

*Textus:* Post hæc amavit mulierem... & vocabatur Dalila ...  
illa vocavit tonsorem, & rasiit septem crines ejus ... statim  
ab eo fortitudo discessit... quem cum apprehendissent Philis-  
tim eruerunt oculos ejus N. 4. 19. 21.

Dein Sampson amans Dalilam eam sibi assipi-  
sit ex valle soreth; illi que mulieri principes  
Philistim multam promittunt pecunia summan-  
nt blandiciis eliciat à Sampone, in quo stet tan-  
ta ejus fortitudo, & quo pacto minii posset? quæ  
multoq[ue] ab eo delusa tam diu illi molestia fuit,  
donec resciret esse Nazareum, nec radi posse

128. sine damno fortitudinis: tunc ille dormientis  
in sinu suo capillos detonderi curat; statim  
que fortitudine destitutum Philistei apprehen-  
dunt, oculos ejus eriunt, vincum catenis di-  
cunt Gazam & clausum in carcere molere fa-  
ciunt.

Post haec amavit mulierem, & abs dubio  
non licet amavit seu copulavit, quam Deus ita  
ei perniciosa permisit; quae non ei uxor fuit, ut  
cum S. Chrysostomo aliqui autemant, sed verius con-  
cubina, ut S. Ambros: Abilenensis, & alii passim  
opinanatur, quam meretricem vocavit Josephus;  
& natione Philisteam cum serario dicunt alii,  
justè dictam Dalilam: quod hebreis verbitur Pau-  
pertas, lenitas, infirmitas, exhaustio: quod totum  
est mulier viro se illegitimè amanti; ut tot herorum  
probat experientia in Sampson, Davide, Salomone  
Adamo, &c: unde S. Ambrosius Apolog: 2 David. c. 3. bel-  
lè dixit: Sampson validus, & fortis leonem suffocavit;  
sed amorem suum suffocare non potuit: vincula solvit  
hostium, sed suarum non solvit nexus cupiditatum,  
& S. Hier: Ep: 22. ad Eustochi: Sampson leone fortior, & sa-  
xo durior, in Dalilæ mollescit amplexibus; illa

illa vocavit tonsorem & rasi<sup>t</sup> septem crines<sup>229.</sup>  
ejus. illa uigilie mulier, cui iurē competunt  
epitheta à S. Ephrem tō:1. serm: contra improbas  
mulieres, omnibus his apposita: sons nequitiae  
thesauris immunditiae, sculorum perniciēs, ani-  
marum exūtum, bestia impudens, vipera vestita,  
procolla domus, viri naufragium, arma diaboli,  
exornata mors, &c.

Rasi<sup>t</sup> septem crines. statim  
ab eo fortifico discessit: sic abscissis septem illis  
virtutibus, quæ totidem capitalibus virtutis opponi-  
tur, tota evanescit animæ nostre fortitudo: ra-  
dit autem eas omnes virtutes illa Dafila, & ani-  
mi tenuitas, quæ leves contemniimus defecit, que  
que tonsore vocato sensuum evagationis, robur  
omne a nobis tepiditate sopitis avellet, spiritua-  
les que animæ vires infirmat omnes.

Eruuerunt  
oculos ejus: congrua pena Sampson privatur  
oculis, qui eis adeo male usus erat lascivis aspec-  
tibus: sic etiam, qui iis abutitur mediis, quæ a Deo  
ad salutem accipit, justè iisdem orbatur ad suam  
per-

130. perniciem, ut factum est illi, qui accepto uno  
talento, non profecit in eo Matth: 25. v. 28. sed &  
pœna quoque datur à Deo in bonum puniri  
si iterum ea non abitatur: sic Sampson, ut ha-  
bet S. Paulinus Epist: 4. corporeis caphis oculis, spi-  
ritales non amisit: non enim invocasset Domi-  
num in sue virtutis auxilium, nisi mentis oculos  
habuisset incolumes: sic que David corporeos  
respuebat oculos ne amitteret spiritales, dum di-  
cebat Ps: 118. Averte oculos meos, ne videant vani-  
tatem, — Sed etiam, ut Philistæ Sampsonem jam  
excæcatum apprehenderunt, vinculis & carceri  
manciparunt; sic dæmones animas nostras prius  
blanditiis obsecratae, suæ addicunt captivitatis.

S. VI. Sampson recuperatis viriōus  
alia sortia exequitur, tandem  
que moritur: Cap: 16. à N. 22.

Textus: Capilli ejus renasci coperant... ille invocato Dño... concus-  
sisque sortiter columnis x ait: moriatur anima mea cum  
Philistim x cecidit domus super omnes... multoque plures  
interfecit moriens, quam ante vivus occiderat... tulerunt  
corpus ejus, & sepelierunt. Sec. N. 22. 28. 30. 31. ~

Post pauculum, cum jam crines & vires Samp-  
soni

soni crescerent, Principes, populus que Philistim convenientes magnificas immolant hostias Dagon Deo suo, quod tradidisset ipsis hostem suum: inter epulas autem prospectaculo adductus Sampson coram eis & lusit & illusus fuit, donec ipse auxilio Dei implorato apprehendit ac concussit duas columnas quibus tota nitebatur domus, quae exinde corruens, & Sampsonem ipsum, & ceteri omnes qui aderant, tria circiter hominum milia, suis oppressit ruinis: unde extrachum Sampsonis corpus ejus cognati sepelierunt in sepulchro patris ejus Manne, inter Sarad, & Esthaol.

Capilli ejus renasci cuperant, Sampsonem, ut sentit Abulensis, ad Deum <sup>per</sup> fornicationis pænitentia revertente, sic que ab eo donum fortitudinis recuperante; Deus namque ad se denito conversos reconvertis, & pænitentes prishinis, & ob peccata suspensis revivificat gratiis. Permisit autem a Philistæis Saltantem Sampsonem illudi, ut prius quam nova fortitudinis gesta ficeret, propriæ imponentia

132 consciens efficerebatur, & præterito peccato debilitatem adscribens, Deo soli fortitudinem tribueret accipiendam, sic que oraret, & orando vires recuperaret: en tristes peccati effectus, mira vis diuinæ invocationis.

Moriarur anima mea: non imprecando sibi mortem id dixit, sed eam pronunciando secuturam ex opere, Dei insinchi, a se ponendo, cum columnis domus illius, ubi Da-gon sacrificabant permulhi Philistæi, concussis illos, ac se consequenter oppressurus erat, animam suam pohius ponens pro populo, ut data occasione ejus hostes contereret: unde S. Ambr: Ep: 70. Sampsonem non in vita solum, sed & in morte vocat incomparabilem, & sui ipsius victorem: non tamen dixerim, cum Bachiaro, Martyrem, quia non tam patiendo, & tolerando, quam & pugnando occubuit.

Mulisque plures, &c quia moriens, & Principes Philishinorum delevit: qui enim suinditis eradicare peccata desiderat, eorum capita desruat oportet, alias, ut merè pulula de-

mo repululant. Ecce Historiam Sampsonis <sup>133.</sup>  
brevi de more narratione & expositione propositam:  
in ea cuncta admiranda, non pauca imitanda,  
& perplura laudanda erit reperire; atque inter hu-  
jus Herois elogia illud non pretereundum, quod  
Christi Dñi veri Sampsonis typus, & figura perfecta  
exhierit, tum ex populi liberatione, gestis fortissimis,  
tum in passionib[us] velatione, irrisione, vinculis-  
carcere, & morte, ut illius gesta perpendenti pale-  
bit: nec non & Christi resurgentis, ut suo loco innui-  
mus.

Atque etiam his, quae ex iudicium libro crue-  
da proposuimus, perfecimus: unice hic pro Chronolo-  
gia initio in tabella prefixa memoria identidem  
refricanda noto, annos servitutis Hæbraeorum  
sub Philistæis, quos 40. fuisse certum est, sic com-  
putandos, ut caperint ante Nativitatem Sampsonis,  
qui ut eam servitutem excuteret natus est, sic que  
addens annos vitæ ejus novemdecim exactos ante-  
quam fieret iudex, & illos 20. quibus iudex fuit,  
facile eritis ejus morte finitam illam servitutem  
etsi quadraginta annorum.

30

Inter-

134. interpretes Libri iudicium consule Origenem,  
S. Augustinum, Theodoretum, Procopium, Isidor;  
Hugonem Vict: & Card: Lyranum, Dion: Carthus;  
Abulensem, Cajetanum, jo: Ferum, Ariam Mont:  
& e Societate nostra Cornelium à Lapide, Nico-  
laum Serarium, Casmam Magalianes, & Jacobū  
Bonfrerium

## Caput X.

### Saul

De iudicibus ad Reges venimus, qui post illos Israeli præsuerunt populo Regem exposcen-  
ti à Samuele, qui post Heli Pontificem, ulti-  
mus eum sub iudicis nomine rexerat. Regū  
Libri sunt numero quatuor, quorum primum,  
usque ad mortem suam scripsit Samuel, teste  
S. Gregorio, cui plurimi consentiunt apud à La-  
pide; inde ad finem secundi opus est Davidis  
juxta S. Isidorum, duos vero posteriores libros  
usque ad ierosolymæ excidium, conscripsisse sere-  
miam volunt cum Abulensi, Procopio, Sixto Sené-  
si, alii multi. Nos ex iustitio pauca ex iis e-  
men-

352

ruenda proponitus: fuerunt namque per to-  
tum 42 Reges; quorum tres Saul, David, &  
Salomon super tribus duodecim regnarunt; alii  
vero 20. a Roboamo Salomonis filio ad sedeciam  
super duas tantum Tribus iuda, & Benjamin, ca-  
teri demum 19. a Jeroboamo ad Osee super alias  
decem tribus: de tribus primis, ut maximè ce-  
lebris, historiam more nostro compiliabimus;  
ex reliquis unum mere, aut alterum similiter  
describemus, ne, aut brevitali nimium consulen-  
tes multa nimis pratermittamus; aut nimia re-  
ferentes ipsi brevitali officiamus. ¶

**S. I.** Saul primus Rex Israel eligitur,  
ungitur, proclamatur, confirmatur.  
*Sib: 1. Regum, Cap: 8. 9. 10. 11. - 9.*

**Tentatio:** Congregati ergo universi venerunt ad Samuelem, dixe-  
runtque ei: constitue nobis regem = c. 8. v. 4. 5. = Et erat  
vir de Benjamin nomine Cis... & erat ei filius vocabulo  
Saul eleitis & bonis... Cumque aspessisset Samuel Saül-  
lem Dñs dixit ei: ecce vir, quem dixeram tibi = c. 9. v. 1.  
2. 17 = Ecce unxit te Dñs... immunitavit ei Deus cor aliud =  
Ecce absconditus est domi... tulerunt eum inde... clamavit omni-  
nis populus & dicit: Viva Rex = c. 10. v. 1. 9. 22. 23. 24. = & feci-  
runt ibi Regem Saul coram Dño in galgalia = c. 11. v. 15.

Anno 23 (iuxta nostram Chronologiam) Samuelis

136. judicis, cum jam hic sene~~cisset~~ senuisset, om-  
nes seniores Israël convenientes ad Samuelem,  
in Ramathā, posulant ab eo constitui sibi Regem,  
exemplō gentium; ille perplexus, & agrē p̄litionē  
ferens eorum, qui Deum Regem habentes, humānū  
sibi flagitarent, Deum oravit, a quo jussus est po-  
pulo jūs Regis indicere. Sub hæc Saul filius Gis de  
tribu Benjamin, vir electus, & bonis, ab humero  
sursum alhior omni populo, corde tamen humili-  
lis, quærens cum famulo asinas patris sui, & ideo  
ingressus urbem Ramatha ut Prophetam consule-  
ret, pervenit ad Samuelem, qui non modo ei per-  
ditas revelat asinas, sed & Regem (illo mirante)  
salutat, & ut talem in prandio honorat, ac ma-  
ne secretò vngit, osculatur, varia que Divinæ  
electionis perhibet signa. Discedens Saul, a po-  
pulo per Samuelem monito perquiritur, & in-  
venitus publica acclamacione Rex eligitur;  
sibi domum accipit in Gabaa, mox Amonitas re-  
belles, convocato exercitu 330 millium ex israeli-  
tis, percutit, ac dispergit; unde Samuelis hostatu  
populus pergens in Galgala, ibi coram Domino in-

innovant regnum Saüli; letique sacrifican-<sup>37.</sup>  
tes Regem confirmant

Constitue nobis Regem,  
hoc à Samuele ob senium regendo jam deficien-  
te postularunt Israelite ad hoc unanimiter con-  
gregati, timentes ne ei succederent iudicaturi eis  
filii tanki muneris ob iniquitatem indigni: in eo  
verè sapientes Israelite, quod initium sapientiae  
sit verissima disciplina concupiscentia (sap: 6) qui-  
am indicabant rectorem sibi exigentes, & à pravo  
judice sibi cauentes.

& erat ei filius vocabulo

Saül, quod Postulatum sonat, nomine ei divi-  
no omni imposito, quod in Regem postulandus  
& a Deo constituerendus esset: sane ab infancia solet  
prælucere futura hominis vita, ut tot in Sancte  
comprobat experientia, ita ut adolescens juxta  
viam suam etiam cum seniorib[us] vix ab ea reces-  
surus credendus sit (Prov: 22) & ipsa hominis ossa  
implenda vitiis adolescentiae sua proædixit Iob. (C. 20)

Elechis,  
& bonus, &c primo laudatur à bonitate & virtu-  
tibus, dein à speciositate corporis, & merito, ut

138. animi dona corporis dotibus longe preferamus; non ut mundani, qui hominem laudant a pulchritudine, divitias, & saepè à vitiis ipsis: humiles autem, modestos, ac pios non modo nō commendant, sed ut plurimum, contemnunt, ac improperant: sola tamen virtus vera laude digna habenda, sine qua corporis præstantia nihil pendenda est.

Ecce vir quem dixeram  
tibi, ait Dñs Samueli respiciens Satilem, de novo indicans a se electum, ut populum regeret; quia, ut quis rite præsit aliis, oportet à Deo certò <sup>esse</sup> vocalium, & electum; quia nec quisquam sumit sibi honorem, sed qui vocatur à Deo, ut ait Apostolus (Hebr:5.) sed & ut monet S. Petrus, cognita Dei vocatione, magis & magis satagamus, ut divinam electionem certam faciamus.

Ecce unxit te  
Dñs, per hanc violei unctionem indicitur Regibus, & Prælatis ea lenitas, & clementia, qua subditos gubernare tenentur; additur vero: Super hereditatem suam, ut & illi sciant non tam suum,

quām Dei gregem sibi commisum, atque ut sic  
fissimam rationem redihiri, sedulō ei pascendo in-  
cumbant, non dissipantes ovile, sed vel unicam ovm  
perditam omni diligentia & labore reducentes.

<sup>immn-</sup>  
tavit ei Deus cor: de servili & pusillo in regale &  
magnanimum: dat namque Deus suis electis media  
omnia ad finem vocationis assequendum facientia,  
quibus, qui abutuntur, iure à vocatione deficere  
permittuntur, facti inephi regno Dei, ut post manū  
missam ad aratum retro respicientes.

Abscon-  
ditus est ... tulerunt eum inde, &c se abscondit Saul  
onus regendi formidans, & honorem refugiens: in eo  
modestus & humilis, prudenter que pavidus: mag-  
num namque ac terrible judicium, iis qui praesunt  
fiet; sed tamen quo plus se humiliat eo magis ex-  
altatur, et inventus de latibra, in publicum pro-  
fertur, palamque Rex acclamat, regius honoris  
bus decoratur, vere in eo Typus Christi, qui qua-  
situs ut regnaret, fugit; ut illudetur se prodit:  
ego sum, dicens ac repetens.

Et fecerunt ibi Regem  
Saul, nova iterum acclamatione & ceremoniis  
8a

170. talem confirmantes, ut a Deo sibi datum; sic  
& subditi superiorem a Deo sibi positum agnos-  
centes laeti suscipiant, humiles venerentur, obedi-  
tes requanthur.

## S. II. Saül inobediens à Deo punitur.

Cap: 13. 14. & 15.

**T**extus: Dixitque Samuel ad Saul: stulte egisti, nec custodisti  
mandata Domini ... nequaquam regnum tuum ultra consurget  
c. 13. v. 13. 14. = Consuluit Saül Domum & non respondit ei  
in die illic ... saul confirmato regno super Israel pugnabat,  
& quocumque se vertebat, superiebat = c. 14. v. 37. 47. Pro eo  
ergo, quod abjecisti sermonem Domini, abjecit te Dominus ne sis  
Rex. c. 15. v. 23.

**P**ost quam Samuel populum piis adhortatio-  
nibus coram Saule muniisset, hic iussus in Gal-  
gala expectare Samuelum diebus septem, ut  
ibi sacrificium offerret, septimo die cardante il-  
lo, cum populus dilaberebatur ab eo, Alex ipse illi-  
cita presumptione sacerdotis usurpans offici-  
um, Deo holocaustum obhilit: moxque veni-  
ens Samuel eum increpat, & regni ablacionē  
a Deo minahit, ab eo que recedit; Saül verò  
cum filio Jonathā, & solis ac inermibus sex-  
centis viris ascendit in Gabaa, ubi bamen

fidente in Deum filio, & oratione interposita., 141.  
hostes profligavit & usque Hailon est insecurus, in eadem que populo indixit, filiumque  
ipsum, ni populi suffragasset, occisurus, quod  
edicti vel ignarus parum mellis pro fame quis-  
tasset. Denuò iussus Saul Amalecitas penitus  
delere, inobediens Regi Agag, prehensorique su-  
pellechili pepenit: quare iterum a Samuele dei-  
nomine redarguitur, & regno privatur: unde  
in Gabba reversus est.

Stulte egisti: stul-  
tissimum enim est mandatis Dei non obedire, sic  
que iram ejus in se provocare: hinc sapientissime  
dixit Sapiens, quod stultorum infinitus sit numerus,  
hoc est, peccatorum, qui pro revis & momentanea  
amittunt preciosas & æternas, malunt hominibus pla-  
cere, quam Deo, qui solus valet copiose remunerare:  
Unde S. Scriptura peccatores interdum canes vocat,  
ob impudentiam Isa: 52. eos ob libidinem Jer: 5. osi-  
nos ob stupiditatem Ps: 48. leones & pardos ob rapaci-  
tatem & aviditatem Osa: 13. aspides ob fraudulentiam Ps: 13. Serpentes & viperas ob latens venenum;  
ita ut, qui peccat verè assimiletur jumentis insipiē-  
tibus

142. hibus, factus ut equus, & mulus, quibus non est intellectus.

Nequaquam regnum tuum ultra consurget, iusta inobedientia pena, ut qui Deo noluit parere, aliis non praecepit, nec precesse esse presumat, qui subesse non didicit, ut loquitur S. Greg: 1. Sial: 1. Ut enim quis possit imperare, ait S. Ambrosius, debet Deo esse subiectus.

Consuluit Saul Dñm, & non respondit ei, quia non meretur a Deo exaudiri, qui se Deo ingratum peccando prebuit: quia vero Deus infinitè misericors est, ut iustitiam comitaretur misericordia obviaret que veritati, ut canit Psaltes, fornicationem & felicitatem sauli concessit etsi posteris ejus Regnum jam abhulerat: unde sequitur... quicunque esse vertebat superabat, sic enim Deus peccatoribus gratias non negat, ut grati resipiscant, alias terribilem habentes expectationem iudicii; aut si quandoque affigit, id ad salutarem eorum ordinat penitentiam in hoc saeculo, ne gravius tuantur in futuro.

Pro eo ergò, quod abjecisti sermonem Dñi supra præmonitam nunc intimat sauli penam, longe præmeritam iterato inobedientia relapsus,

143.

primo lapsu proinde graviore; quare jam non  
mercede inobedientia, sed & despectu Dñi arguitur: abje-  
cisti sermonem Dñi: dum enim impius in profun-  
dum venit peccatorum, contemnit, non modo saluta-  
ria Sanctorum monita, sed Denm ipsum, qui &  
merito eos contemnit & ab aliis contemni permittit,  
ut & ipsi sui ei rebellent subditi sicut ipse re-  
bellavit Deo: Pro eo quod abjecisti abjecit te Dñus ne-  
sis Rex)

Ne sis Rex, hoc est, ne regia potiariis potes-  
tate dominativa, sed mera regni administratione  
ad vitam tuam; licet enim, ut salis constat, Saul  
usque ad obitum gubernaverit, non jam ut Rex  
absolutus, sed cum onere, ut regnum ad Davidem  
a Deo electum, ejusque posteros transmiseret, Deo  
quasi succidente Saulis potestatem, ut ejus loco Da-  
videm supplantaret; ulti accidit non viventibus jux-  
ta suam vocationem in horto Dei seu Ecclesia, qui  
cum frustra tam pinguem occupent terram, iure e-  
radicantur, ut fructuiores plantae succedant.

### S. III. Pænitentia Saülis infructuosa

Cap: 15: 24. 25.

Textus: Dixit que ad samuelem (saül) peccavi, sed nunc porta-  
que so peccatum meum c. 15. v. 24. 25. ait ad eum Samuel: Tri-  
umphator in israel non parcer, & pænitidine non flectetur...

at ille (Saul) ait: peccavi, sed nunc honorame coram senioribus.  
 Num penitebat quod constituisse cum Regem. 1. 29. 30. 35. & dixit  
 Dominus ad Samuelē: ne respicias oculum ejus... quoniam alipeci eum...  
 spiritus autem Domini recessit a Saul, & exagitabat eum spiritus nequam  
 a Dōno... David tollebat citharam, & percutiebat manus sua, & refocillaba-  
 tur Saul - reuebatque ab eo spiritus malus. c. 16. 10. 7. 14. 23.

Sāmuel tota nocte Deum pro Saule oraverat,  
 sed Dei iussu irrevocabili ei regnum ablāhim  
 pronunciāt redarguens ejus inobedientiam & sua-  
 vi increpatione motiva pānitentia proponens, ac  
 dicta confirmans pallii sui scissurā, tunc ille, sed  
 sicut dixit Samueli: peccavi, culpam suam fassus,  
 sed non debitis retractans motivis, sed potius ob  
 honorum temporalium amissionem inde seculam,  
 tum Samuele recedente, Saul domum in Gabaa  
 regressus est, nec ultra vidit Samuelē, qui ta-  
 men Saulis perditionem lugere non cessavit: in-  
 de Spiritus Domini, quo Saul ab unctione repletus  
 fuerat, recessit ab eo, quem in posterum agita-  
 bat & vexabat spiritus malus, atque ad se refo-  
 cillandum accivit pastorem Davidem, qui  
 citharæ pulsatione, divinisque canibus, ma-  
 lum illum spiritum a Saule arcebat, quando-  
 cumque eum invadebat.

Dixit

Dixit que Saul ad Samuel: Peccavi; dixit non  
corde, sed tanquam oretenus, nec ex divinae offense  
dolore, sed ex metu perdendi regni, & infamiae incur  
rendae: unde & petiit ut secum Deo sacrificaret publi  
cè, ne populus eum à Deo rejectum adverteret: hoc  
Hipocritæ facere consueverunt, qui interiora haben  
tes dolo plena, labiis Deum honorant, ut pii credan  
tur, cum curare deberent in cubilibus suis compungi  
~~ex~~ corde contrito & humiliato, quod Deus respicit.

Triumphator in Israel non parcat: lata est jam irrevoca  
bilis Dei sententia super te, ut regno priveris, &  
tibi succedat homo secundum cor Dei; Attendant si  
bi peccatores, ac divinis gratiis rebelles, nè alii acci  
piant eis primò paratam coronam; caveant, ne  
suorum impleant mensuram peccatorum, qua  
repleta feriet eos terribilis atque irrevocabilissima  
reprobationis sententia.

Dñm penitebat & Phra  
sis est humano capiti accommodata, qua tamen  
unicè significatur externa & terminativa Dei mu  
tatio, cum nempe beneficia retractat obculpas ho  
minum, ac dona sua ab ingratiss revocat & indig  
nus.

146. *nis, per quæ cæternorum ac immutabilium ejus  
decretorum varijs experimur effectus, pro actu-  
um & meritorum ab cætero ei præsentium va-  
rietate successiva: sed verò his & similibus phra-  
sibus peccati gravitas à spiritu Sto nobis expo-  
nitur, ut talem esse agnoscamus, ut deum ipsum,  
ni ejus obstat immutabilitas, ac penitentiam &  
dolorem cordis intrinsecus commoveret.*

*Né respi-  
cias vultum ejus &c: orabat & lugebat assidue  
Samuel pro Saule, ingenti motu charitatis zelo  
animæ ejus, sed à Deo novit decretum de ejus ab-  
jectione esse irrevocabile, judechir que cessare a plant-  
tu. Prosum quidem maximè peccatoribus preces  
sanctorum, sed si simul ipsi precentur & lugeant  
sincere contriti, alias his a Deo rejectis, quis pote-  
rit suffragari ipsis quos Deus contempserit: quo  
niam abjeci eos, dicit Dñns.*

*Spiritus autem dñi  
recessit à Saül: puta spiritus fortitudinis, boni-  
tatis, prudentiae: quia peccator iuxta peccati spe-  
ciem donum virtutis & habitum amitteret oppositum  
tum in vi oppositionis contrariorum, cum ma-  
xime*

147.

ximè ex congrua peccati pœna: item, quemadmodum ut Saulem reliquit spiritus Dñi cum exagitabat spiritus nequam; sic peccator de Christi victore vexillo, & classe pacifica, in turbulentam Luciferi aciem infeliciter transit, sub cuius vexillo continuis exagitatur vexationibus, ita ut quiescere non possit, ex Divina dispositione (a Dño) ut pœnitens resipiscat, ac tam infandum Ducem deserens, ad Divini Imperatoris castra, sine mora redeat.

David tollebat citharam, & percutiebat. & refocillabatur Saul: talis pulsationis vim omittens naturalem, supernaturalem & moralem ei applicemus, quia David piis suis canticiis dæmonem fugabat, quia in iis Deum laudabat, ac pro Saule exoribat, multum namque valet apud Deum deprecatio justi assidua; nilque melius dæmones expellit, quam de divinis sermocinatio quæ Deum ipsum accersit, qui ibi in medio est, ubi duo vel tres in eius nomine fuerint congregati.

#### ¶. IV. Saul præ invidia Davidem persecuitur cap: 18. 19 ~

Textus: Iacobus est autem Saul nimis, & displicuit in oculis ejus sermo iste - non redit ergo oculus Saul aspiciebat David à die illa, & deinceps tenebat que

Saul lanceam et misit eam pulsans, quod configere posset David. vidit itaque Saul quod prudens esset nimis, & caput caveret eum. Saul cogitabat tradere David. - fechis est Saul inimicus David cunctis diebus = c. 18. v. 9. n. 15. 25. 29. - Nesus que est Saul configere David. misit satellites ut interficerentur mane. - lictores ut raperent... adiit etiam ipse in Ramath. c. 19. n. 10. 16. 20. 22. ~

David Goliath gigantem strenue defecerat, cuius caput Sauli delatum gerens ab occurrentibus milie-ribus publice laudatur hoc cantu: Percussit Saul mil-le, & David decem millia: quod indigne admodum tulit Saul, plus laudes tribui Davidi, quam sibi, & iratus ait: quid ei superest, nisi solum regnum? alique exinde caput cum obisse, & persequi, Davide mitissi-mo se gerente, quem postridie sibi a malo spiritu agi-tato de more psallentem bis lancea transfigere ten-tat: dein facit eum tribunum super mille viros, ut se-pe periculis expositus a Philistoeis occideretur, ei promissam Merob filiam suam dat alteri, sed com-pellitur dare Michol filiam juniorem, & plus dilecta, at iterum & iterum necem ei molitur, jam ad id missis satellitibus, jam lictoribus, jam perse ipsum occidere illum tentans, sed frustra, Deo Davidem protegente, & de Saulis manibus semper liberum ori-iente ~

Iratius est autem Saul nimis: projectio ni-  
mis

149.

quia injuste merito enim populus Davidem à victoria laudabat; nimis, quia cum excessu in verba & gesta furiosa protumpens; sed horum & aliorum excessuum ira mater est, quæ homines inferas militare consuevit, & humano reddit inepitos commercio; sed quid, si ei jungatur potencia, ut hic in Saule; tuhc sanæ rationis freno cohibetur, tyrannum efficit?

Non rectis ergo oculis;  
&c ex invidia uisque, qua prosperos aliorum evenitis deploramus: unde odia, rixæ, & cætera contra charitatem vitia generari consuevere, ita ut proximum, quem uel nos meipso diligere tenetbamur jam nec videre, nec cogitare benignè valeamus aliena felicitate nos ipsos infelices voluntarie reddimus: quo nil iniurians, nil stultius.

Tenebat  
que Saul lanceam & misit eam, &c volens ingratibus Davidem configere, cui; & ob occisum Philistæum uitiam debebat, & toties ob pulsationem, ab inquietis demonis vexationibus pacem: verum præ invidiis beneficiorum oblihis sola cogitat cruenta; Deus autem innocentia defensor invidorum conditus

bis reddit irritos, ita ut ubi saepe adversario nocere cogitabant, sibi ipsis afferunt detrimenſi, semper que propriæ nocent animæ, & iis quos inimicos habent magna dona merendi præbent occasionem.

Vidit itaque Saul quod prudens esset nimis, & caput cavere eum: pravi cavere solent bonos, ne arguantur corum verbis aut exemplis, cum deberent bonorum consortia sectari, ut dissererent bene operari: neque enim malorum sperranda est emendatio, ni a pravis se sejungant, & bonorum societati adhaereant.

Saul cogitabat tradere David: inquieta mens pravorum procellosis passionum fluctibus agitata, nec unquam ad quietum pacis portum perducta: unde Saul in Davidem continuas mehle molitur persecutions, alque cogitatis conseniens in perpetuam labitur ejus ex parte sua inimiciam & implacabile odium: factus est Saul inimicus Davidi cunctis diebus; ut cogitationum malarum principiis secundò obstematis, ne iis consenientes, in consueitudinem, unde ex S. Aug. fit necessitas, deveniamus.

157.

N<sup>i</sup>sus que est Saul, & novis & iteratis con-  
tibus persequitur, quem præ invidia, sibi putat  
adversarium; jam perse, jam persatellites, custo-  
des, apparitores ei damnificare intentat, et licet  
inter om̄ redditus sit placatus, semper in rancu-  
ris, & in veterati odii precipitia relabitur: ex quo  
patet varietas & inconstans cordis humani, ma-  
xime impiorum, qui quamvis identidem sustinueris  
verbis moti resipiscant, iterum ad inolitas noxias  
reverberantur piorum consiliorum oblite, quorum  
sincera reflectione, & præcita applicatione nun-  
quam fuerant imbūti.

Abiit etiam ipse in Ramathā  
ubi, ex Josepho, coachis erat prophetarum cœtus  
Laudanhūm & psallentium Domino: quod cum vi-  
deret adveniens Saul, jam Dñi spiritu afflatus eos  
imitari conatus est: tantum valet piorum adjun-  
gi congressibus, ut & ipsis pravis func Deus specia-  
li sub gratia assistat, ut sancta sectentur exem-  
pla bonorum: quæ tamen sicut solum hic secu-  
tus est Saul nova & tanta abusus Dei clementia,  
semper cor pravum refinens tam in veterato Da-  
vidis odio obsecrātum penitus que obduratum

§.

S. V. Alix impie Saulis gesta. cap. 22.  
23. 24. 25.

*Textus:* Dixit Saul: quare conjurasti adversum me ...  
 interficite sacerdotes Domini ... noluerunt autem servi regis: Nobe autem civitatem sacerdotum percussit ore gladii ... Doeg idumæus irruit in sacerdotes = c. 22. v.  
 13. 17. 19. 18. = perscrutabor eum in cunctis milibus iuda ... venit nuntius venit ad Saul ... reversus est ergo Saul desistens persequi David = 23. x. 23.  
 27. 28. = ab impiis egrediatur impietas ... levavit Saul vocem suam & flevit ... Saul autem dedit Michol filiam suam uxorem David Phalti. 24.  
 x. 14. 17. cap. 25. x. 44 ~

Post toties inquisitum, sed frustra, Davidem, ut eum morti daret, servos suos Saul increpat, arguit que coniurationis, quod nullus vicem suam dolens sibi Davidem proderent. quo auditio Doeg ei indicat Achimelech pro Davide consuluisse Deum, ipsi que dedisse panes & gladium Goliath. Quapropter Saul Achimelech, ceteros que 85: sacerdotes Domini coram se trucidari jubar, quod recusantibus aliis servis, solis Doeg impius executus est, totam que Civitatem Abbe nemini parcens viventi occidit, solo per fugam libero Abiathar filio Achimelech Davidis exulantis exinde comite fidelis. Mox Saul iterum conatur

153.

Davidi nocere cum suis, donec per nunhium  
de Philisteis irruentibus monitis Davide relac-  
to, in illorum pergit occursum. Sic liberatus Da-  
vid in speluncam fugit, ibi que latitans Saulis  
in <sup>eum</sup> iterum inveniens & in ea spelunca ventrem  
purgantis oram chlamydis clam abscidit, & ne oc-  
ciderebatur suos cohibet: dein post eum egressus  
tuto eminus loco ipsum inclamans, & oram pal-  
lii ostendens suam, voce elata testatur innocentiam,  
quare Saul, siens, iustiorum se Davidem  
fatebatur, & testificans ipsum certò regnaturum,  
suscepto ab eo juramento, ne deleat semen suum,  
domum repetiit. ○

Quare conjuratis: pessimum  
in Republica malum conjuratio contra Princi-  
pem, quæ membra à suo segregant Capite, reg-  
numque formaliter divisum in ob merito desolandū,  
sed vero ut in casu præsentí, iure subditis dissen-  
tiant à Principe injusta prorsus exigente: neque  
tunc conjuratio appellari valet, sed fortis in bono  
constantia, contra Principem tyrannum se à  
membris, sive subditis injuste cividentem. ○

Interfir-  
ci-

154. sicut sacerdotes Dñi... noluerunt autem servi,  
impium prorsus & sacrilegum mandatum: ac  
laudanda servorum de eo exequendō reluctan-  
tia: ubi enim iniquum precipit̄ur justē man-  
datis non obediunt; si tamen, quod mandatur, e-  
videnter malum habeatur.

Zoeg idumæns irru-  
it in sacerdotes: in Aulis Regum, atque in  
quavis communitate plurim que convenit  
nunquam deest aliquis inde imitator, qui, vel  
cupiditate, avaritia, adulandi gratia, vel no-  
cendi voluntate caphis, Principi in omnibus co-  
sentit, & injusta quæque non horret facinora, ne  
ejus favorem amittat, humana divinis prefe-  
rens jussa, humano favori divinam postha-  
bens gratiam, cum timere non deberet, qui  
mere corporis potest occidere, sed eum, qui &  
corpus & animam potest in gehennam mittere.

Nobe  
autem civitatem sacerdotum percussit ore  
gladii: nemini parcens arrogans, superbus,  
invidus ac crudelis Saul continuo sedet in  
insidijis ut interficiat innocentem (25:9) sed Zee  
vindice, cadet, cum dominatus fuerit paupe-  
rum

153.

rum, quia qui injuste acceperint gladium gla-  
dio peribunt: ubi adverte invidiam rixarum  
homicidiorum, & omnis injus*hi*æ fontem pér-  
ennem comprobari: Unde Saul post tot injus-  
ta semper minarum spirans in Davidem di-  
cebat: Perscrutabor eum in cunctis millibus iu-  
da, sed quia iniquitates scrutatur, deficiet ipso  
scrutinio (P:63.)

Nuntius venit ad Saul, &c.

Ecce quomodo Deus operulatur Davidi, tempore  
& modo maxime opprimento, alio vocatum Saulē  
a Davide divertens: sic & nos & ille confidentes  
a periculis liberabit, imo & quotidie liberaliter mi-  
ris ac nobis incognitis modis hostes tam corporis  
quam animæ nostræ cogens a pugna desistere  
& pacem nobis intus jorisque tribuens, iuxta illud  
P:4. Quoniam in me speravit liberabo eum, pro-  
tegam eum, exaudiam eum, cum ipso sum in tri-  
bulatione, eripiam eum &c.

Ab impiis egredietur  
impietas, non enim potest arbor mala fructus  
bonos facere, fructus utique facit egredietur, sed  
& sibi similes: unde ut sciamus a quorum debe-  
mus cavere consilio, fructus seu opera attenda-  
mus

*mus; si impietatem advertamus, pro impio ha-  
beamus quoad hoc quod est societatem iniire, pie-  
tamen ejus intentionem excusemus, ne temere  
quid contra charitatem judicemus de internis, de  
quibus Dei solius est judicare.*

*Levavit saul vocem  
suam, & fleuit: quantum præstet bonum exemplum.  
hic inspicitur, cum Davidis manuschildo, & charitas  
ad amarhinum Saulis pectus penetrarit, ac plusquam  
sernum cor mitescere fecerit, iustior in eis quam ego,  
ait Davidi jam compunctionis: utinam hæc compunc-  
tio in finem usque protraheretur, sed ut eam ma-  
gis extorserat heroicæ Davidis charitatis eviden-  
tia, quam propriæ malitiaæ detestatio, sic nechanc  
funditus eradicavit; ubi videmus persæpe peccatores  
ad visa, vel audita quedam mira prohinc compun-  
gi, sed cheu, post pauca ad solitas noxas reverti;*

*saul au-  
tem dedit Michol, &c, qua tamen à Phalti, cui da-  
tur, non polluitur; ubi advertenda Dei providen-  
tia, Michol ab alio intactam servans Davidi, &  
ipsius Michol fidelis castitas, nec non & Phalti  
moderatio sibi datam non tangens; ut milie-  
res fidem marito servandam discant, & viri alie-  
nam, nec concupiscere. Attentent. S.*

157.

§. VI. Saulis Mors funesta à Cap: 28.

ad 31 inclusivē

*Textus: Dixitque Saul servissuis: querite mihi mulierem habentem pythonem... cras autem tu & filii hui mecum eritis.*  
= c. 28. x. 7. 19. = *Arripuit itaque Saul gladium, & irruit super eum... mortuus est ergo Saul, & tres filii ejus... & præderunt capit Saul... corpus vero ejus suspenderunt in muro Beethan... Veneruntque iabes Galaad & combisserunt... & tulerunt ossa; & sepelierunt. & ierikeraverunt septem diebus. cap: 31. x. 4. 6. 9. 10. 13 ~*

*Philistæi assumpto Davide cum suis pugnaturi contra israel castrametantur in Sunah; Saul autem cum israelitis existens in Gelboe monte, visis casbris Philistim, territus consuluit dñm quo nihil respondente, ipse qui antea pythones magos, & ariolos è medio tulera, nunc multato habitu abiit nocte in Endor ad consulendam Pythonissam, & qua petiit sibi susciliari Samuelem, cuius voce audiuit suam filiorum que crastinam mortem, ac israelis interencionem: unde consternatus cadit in terram, sed sumpto ibi cibo confortatus eadem nocte castra repetit initia ergo adhibile cum Philistæis pugna, israelitæ cœdunhir & fugiunt, tres filii Saulis occiduntur, & ipse Saul in monte Gelboe arctatus & a sagittariis vulneratus iubet Armigerum suum*

158. suum, ut se perfoiat, ne ab incircumcisio*n*s occidatur, quo nolente, Saul irruens super gla-  
diu*m* suu*m* se ipsum occidit, ejus illa*o* ex*e*-  
plu*m* sequente armigero. Postridie Philistai  
casos expoliante*s*, invento Saulis cadavere ca-  
put ejus absciderunt, & in suas adonchum ter-  
ras in templo Dagon collocarunt, & ejus arma  
in templo Aslaroth, ac corpus in muro Belhsan  
suspenderunt, quod inde ablachum viri jubes ha-  
cet nocte, in jubes sepelierunt, & per dies 7. je-  
junarunt, Davide quoque Saulis morte cognita,  
cum lugente, ac signis funebribus lamentante.

2. Reg: *v* Quæ-  
rite mihi mulierem habentem pythonem, seu  
dæmonem familiarem, ope cuius oracula dabat  
de futuris: inepta prorsus consultatio: melius  
illi fuisset deum, quem prius consuluerat, humili-  
li deprecatione instasse, qua tandem cœlos ipsos  
penetrasset: unde deus dicit: pulsate & aperi-  
*Math.* tur vobis iusta, obsecra in omni patientia; deus  
*Tim.* namque ad primas prece*s* similat non audire  
ut eæ ferventius repetantur: quare David mo-  
net: Expecta dñum, viriliter age & confortetur  
cor tu*m*, & sustine dñum, q*u*i*u* veniens veniet,

159.  
P:39.

& non tardabit subvenire se constanter invoca-  
cibus, expectans expecta Dñum & intendet h̄i-  
bi. ~~ḡ~~: Cras autem, & mortem ei prænunciat  
in crastinum: o ultiā tantc frui scivisset præ-  
nuncio: cum ceteris peccatoribus repentinus im-  
mineat interitus, Sauli adeo rebelle Deo miseran-  
te obitus denunciatur: o si carebit hora! clamat  
damnati: & tibi, o peccator, dies & annos conce-  
dit Deus nolens mortem tuam, sed conversionē.  
& de pœnitentia non cogitas? cave à dīe, in quo,  
qui tibi pœnitentiā grātiam promittit suam, nec  
crastinum donet reniten̄

Arripuit itaque Saul  
gladium, & irruit super eum, se ipsū immo-  
niter occidendo, eo q̄to Davidem injuste perse-  
quebatur gladio, in quo justissimè à Deo puniūs  
est, licet à se injuste occisus, cum nemo sutorum  
sit dominus membrorum, sed & iterum merito  
à Deo damnatus, cuius & crudelis vita, im-  
piā prorsus morte finita est: hominem enim  
injustum mala capient in interitu; & mors pec-  
catorum pessima, & qui oderunt iustum delin-  
quent, P:33 ~

Morbius est ergo Saul, & filii ejis,

160. & mortuus est propter iniquitates suas, ut dicitur 1. Paral. 10. 13. & ut verbi sunt Sephiaginta in iniquitatibus suis, pius & felix fuerat iniho regni; sed impius & infelix in exilio; quia non qui bene coepit, sed qui usque in finem perseveraverit, hic salvus erit; & qui protractant iniquitates suas, configuntur, ut Saul, in interitu, quem fecerunt ex Ioh:

Præciderunt caput Saul &c. Ecce quem timebant ac verebanur vivum, nunc pro nulu dividunt, ac propriis spoliant membris: quid Sauli profuit regia potentia, quid militaris astutia, quid auxiliorum adiutorio, quid multiplex inimicorum in Davidem persecutio? sola sui ipsius profuisset victoria, ut vivum salvaremus, & de mortui membra veneraremus: que, & ipsi minici prolixi dilaniarunt, iusto utique Dei iudicio, qui se ridere dicit in inpiorum interitu, & viam peccatorum disperdit, & quia peccatores devorabit ignis æternus, ipsum Saulis corpus, & in terra comburi voluit, & combusserunt &c.

Ossa sepelierunt & jejunarunt, & nempe, qui infeste illius mortis

161.

lis abominandas nesciebant circumstantias,  
animæ ejus suffragari volentes, pia illa & chari-  
tatis officia exequebantur, ut & David qui Saul-  
em lugebat, ac pro eo ad Deum clamabat (2. Reg.  
1.) pie quidem sed frustè: non enim Saulem  
refrigerare possunt etsi piissima suffragians  
quem ob impunitiam absorperunt, inextingui-  
biliis inferni gehenna.

## Caput XI.

### David

Ad Saulem sequitur David, qui eodem quo  
ille occubuit die, exortus est quasi novus sol  
oriens Israeli, qui que mox Sauli in regno ju-  
dæ successit. Non pauca jam de Davidis histo-  
ria afflata sunt occasione Saulis, ut sacra  
scripturaræ sequeremur ordinem, & ipsa exigebat  
narratio: unde iis suppositis, quorum utique  
plura in Davidis cedunt honorem, nunc Libro-  
rum Regum secundum prosecuturi, reliqua  
plurima ad eum spectantia ad nostrum mo-  
rem dabitur, quæ defuerint, ut semper, vi-  
denda relinquentes apud Auctores, horumque  
ex professo Expositores Sacros. ~~~~~ §.

102. §. I. David ~~ben~~ vngitur in Regem  
Lib: 2. Reg: à cap: 2. ad 5: i.

*Textus:* Vnixerunt ibi Dævid, ut regnaret super domum  
juda = in manu servi mei David salvabo populi  
meum ... Regnum meum apud Dñm in sempiternum  
= Non queram sanguinem ejus de manu vestra: = un-  
ixeruntque David in Regem super Israel ... & cognovit  
David quoniam confirmasset eum Dñs regem = sic  
cepit ergo David adhuc concubinas & uxores = naliq:  
sunt David & alii filii & filiae ... consiluit autem Da-  
vid Dñm ... Fecit itaque David sicut præceperat ei  
Dominus. Cap: 2. v. 4. c. 3. v. 18. 28. c. 4. v. 11. c. 5. v. 5.  
13. 19. 23. 25

*Natus est David patre Isai, & matre pror-*  
*1. Par: 2. sus in scripturis innominata, septimus datus*  
*inter fratres suos, qui licet septem fuerint, unus*  
*eorum in sacra Pagina tacebit, unde propriè*  
*David octavus est Isai filius, cum fuerit natu-*  
*minimus: pascebatur oves cum à Saule accesi-*  
*turus, cuius tot erasit Deo prolegente persecu-*  
*tiones, & cuius prævaricantis loco in Regem*  
*à Deo electus est, exinde Dei spiritu instruc-*  
*tis, Goliat gigantem strenue prostrigavit, & ali-*  
*a plura fortiter ac feliciter gessit communi*  
*populorum applausu, causa in Saule impla-*  
*cabilis invidie, licet identidem favoribus pal-*  
*tiorum, ut cum ei Michol in uxorem eradidit*

163.

aut milium copias regendas &c. Mortuo ja-  
jam sause, David cum suis migravit in Hebron  
ubi viri iuda eum in Regem uxerunt super  
tribum iuda: ubi 7 annis regnavit, venientibus  
post hæc omnibus tribibus, quæ communi accla-  
matione Davidem sibi in Regem uxerunt su-  
per universum israel, regnavit que in jerusa-  
lem, quam ædificiis & mœniis reparavit, habilans  
ipse in arce Sion, uxores ac concubinas multipli-  
cans, militaris disciplinæ solitus bellatores for-  
tes curavit, quibus postea Philisteos se pluries  
invadentes strenue profligavit, sui ipsius victor  
cum aquam de cisterna Bethlehem adeo deside-  
ratam, & à foribus magno labore sibi allatam  
libavit domino ♩

Uixerunt ibi David, qui  
jam pridem à Samuel privatim unctus fuerat,  
hic secundò publicè ungitur Rex iuda, licet e-  
nim Ioseph filius Salis fuerit, maluerunt vi-  
ri iuda contributum suum Davidem, Ioseph  
namque erat de tribu Benjamin: sed prefectio  
vera ratio electionis Davidis erat Divina volun-  
tas, cuius consilium ab hominibus non potest sub-  
terfugi: Deus Davidem elegerat, & regnare vole-  
bat

164 bat, quomodo ergo humanum consilium alio  
decrevisse potuerat? quidquid enim moliti fuerint  
homines, consilium Domini stabit, & non subvertebitur.

<sup>in</sup>  
mann servi mei David salvabo populum <sup>meum</sup>,  
en alia Dei pro Davide assignatio: in manu, in-  
quit, servi mei David salvabo, utique ipse Deus  
qui facit mirabilia solis, hominibus utens ut  
meritis instrumentis, ne illius sibi de bono aliquo  
grahileetur, sed qui gloria tur in Dño glorietur si-  
ne quo, & à nobis plantatis, atque rigatis nec mi-  
nimū aderit incremen tum. <sup>in manu</sup> dicit,  
innuens cooperationem ex parte nostra ponenda,  
ut de acceptis ab ipso donis uberes fructus facia-  
mus, & nobis, & aliis aeternū salvandis.

<sup>Regnū</sup>  
meum apud Dñum in sempiternum, Deo refert  
acceptum ab eo regnum, per quem Reges regnant  
& legum conditores juste decernunt (Prov. 8.) Quid-  
quid enim honoris habemus à Deo acceptum, &  
quem cuncta ut ad finem ultimum sunt redicē-  
das, qui que strictem commissæ vilificationis ratio-  
nem exquireret, & bona pro appetitato lucro remu-  
nerabit, & à bono opere torpentes damnabit, ut  
loquitur S. Gregorius (Hom. 9. intrang.:) atque quod ma-  
li

si possident si male utantur auferetur ab eis. 163.

Non  
quaram sanguinem eius de manu vestra? Mortem  
Iacobeth et si aduersarii sui vindicandum profitebor  
equissimus David innoxium illum votans. ut bo-  
na saltem fide operatum judicans: sic & inimicos  
diligere, & in aliorum factis intentionem saltem  
debet excusare. bona pro malis reddere, nemine  
que, nisi eridenter reum, condemnare?

Unxeruntque  
David &c. era<sup>t</sup> David 38. annorum cum hic ter-  
rito ungerehir in Regem super totum israel com-  
mini tribuum acclamacione. quod ei dixisset: Do-  
minus: Tu pasces populum meum israel: Huc fa-  
ctum axioma: vox populi, vox Dei: utique cum po-  
pulus divinam motionem pitre secutus, non hitma-  
no motus impedit, quid inclamat; sed & hic videatur  
honoris & oneris affinitas inseparabilis, ut quin aliis  
præficiuntur subditos sibi omnimode pascendos in-  
telligant?

& cognovit David &c. Haec est vera sapien-  
tia, cognoscere cuius sint dona. quæ accipimus, om-  
ne enim quo in corpore & anima sumimur à Deo  
est, omnis nostra sufficientia ex Deo est, potestas  
omnis descendit à Deo.

Accepit ergo David adhuc  
conubinas & uxores, & ubi ly concubinas, non  
mere-

meretrices hic in sacris litteris sonat, sed uxores secundarias, & statim inferioris, ut hic, & passim præmonet à Lapide.

Consuluit autem David Dñm,  
sed & fecit sicut præceperat ei Dñs, oportet nū  
bique in agendo omnibus Deum consilore, sed &  
opis est accepta sequi consilia: multi Divinam  
precibus impetrant uocationem, qui tamen ea  
cognitam sequi detrectantur, rebelles facti Di-  
vino lumini, ac merito propterea lumine receden-  
te obsecrati.

## §. II. Davidis Religio — à cap: 6. ad 10. inclusive

**Textus:** Abiit ergo David & adduxit Arcam Dei ... & erant cum Da-  
vid septem chorii & victimæ uihali ... & David salutabat totis  
virib[us] ante Dñm ... & despxit eum (Michol) in corde suo ... Di-  
xit que David ad Michol: Ante Dñm ... ero humiliis ... & glo-  
riosior apparebo = Cap: 6. v. 12. 14. 16. 22. — Benedicetur do-  
minus servi hui in semper festum = Cap: 7. v. 29. — Erant vasa  
aurea, argentea & ærea, quæ & ipsa sanctificauit Rex  
David Dño, cum argento & auro, quæ sanctificaverunt de uni-  
versis gentibus, quas subegrebat = Cap: 8. v. 10. 11. — & ait ei  
David: faciam in te misericordiam = C. 9. 7. — Dixitque  
David: faciam misericordiam cum Hanon. C. 10. v. 2.

Convocatis David omnibus electis ex Israël 30.  
millibus, Arcam Lei plauistro novo impositam  
per boves reducit è domo Abinadab Jerosolym-  
am; ipseque cum universo populo ludebat  
& psallebat coram Domino in via, ubi ecce;  
boe calcitrante, Oza zelo Arcam à casu sus-  
tentan-

167.

tentandi attingens, repente interiit; quare David  
timens introducere Arcam ad se, depositum eam in  
domo Obededon, ubi manens arca tribus mensibus  
fuit benedictionis cuius David, cupidus nova Ar-  
cam pompâ in domum suam attulit, ac coram  
illa pia devozione saltans urbem ingreditur, &  
a Michol, exinde sterilitate punitur, derideatur. Max  
arca in tabernaculo collocata, sacerdotes ac Mi-  
nistros divino cultui constituit munificenissi-  
mus æquè ac religiosissimus, ita ut & magnifi-  
cum intenderit ei templum extrinsecus, quod tamē  
a Nathan post hoc audivit per filium Salomonem  
ex Dei placito ædificandum, simul tamen aliis  
recreatur divinis promissionibus, pro quibus  
tabernaculum ingressus debitas Deo restituit gra-  
tias: unde regium prosecutus officium, hostes  
sibi commissi populi debellat, simul & regiae no-  
immemor pietatis, quā & Miphiboseth blandè  
admodum suscepit, & mortem patris Anon for-  
titer ab Ammonitis, & Syris vindicavit. 9

ergo David, &c. erat tum quadraginta annorum David, cum in Sion traduceret Arcam  
Domini, sed qua pietate & religione, attendendum:  
verius primum, ac Dei debito timore perterritus

168. ad se illam non est ausus adducere, sancta enim  
sancte tractanda sunt, nec missenda canibus filio-  
rum esse, quia tamen in hoc humili, ac modestus  
David, benedictionis postea cupidus Arcam sibi  
accersit pio, ac sollicito cultu, modis omnibus orna-  
tum ejus, deceniam que procurans, omnis generis  
musicorum choros paravit, & piissima offerri cu-  
ravit sacrificia.

& David saltabat, & sanè totis  
viribus: O' Davidis mirandum, ac imitandum  
devotionis servorem! regiam dignitatem sibi non  
arrogat, ludere non erubescit, ut laudet & lauda-  
re doceat Dñm: quid profectò ante Sacram Eucha-  
ristiam fecisset, qui vel ejus remohissimam adeò est  
veneratus figuram? merito hic cum Gregorio di-

l. 27. Mor: xerim: c. 27.

Ego David plus saltantem stipeo, quam  
pugnantem: pugnando quippe hostes sedidit, sal-  
tando autem coram Dño, se ipsum vicit, fortior ex-  
pugnatore urbium, ac dominatore populorum.

Despe-  
xit enim Michol vxor ejus, dedecori vertens quod  
omni laude dignum habendum est: vere beatus Da-  
vid, qui ob tantam justitiam passus est persecutio-  
nem, quam ab impiis patiuntur, qui pie Deo ser-  
viunt: vere stulti mundani, qui humili sectari  
stultum putant: deridet maritum Michol, super-  
ba

ba humilem: hinc, illa justè punitur sterilitate,<sup>163.</sup>  
hic mirabili donatur facunditatem; illa ne superbos  
crearet, ait Ambrosius; hic, ut Christum totius humili-  
talis exemplar gigneret

Ego humili & gloriösior ap-  
purebo: non torpet David à bono opere, ipsam  
despiciens uxoris despectionem, persistit humilitatis  
verus estimator, quam nūque vera sequitur exalta-  
tio: immò ludit ut illudatur, quia dum eo ludo Shi-  
chol irascitur, Deus delectatur; nec hominibus de-  
trectatur shishus apparere, qui in eo ipso erat Deo  
prudentissimus, hominum iustitia despicit, ut placeat  
Deo, cui servire, regnare est

Benedicetur domus ser-  
vi tui, &c. Dei benedictionem fide plenus spera-  
bat David, simul que humili Dei dona sibi in-  
digno collata agnoscit, ut dignas grates referat,  
quia, ut ipsemel canit in Psalmo, Bonum est  
confiteri Dño, & psallere nomini sancto ejus: qui  
beneficiis gratias est, merehur ampliora recipere,  
ab ingrato vero ipsa jam collata jure auferun-  
tur dona

Erant vasα aurea, &c. Magnifica om-  
nia victoriatum suarum spolia divino cultui  
destinal pius in Deum David: omnis namque vic-  
toria Deo Domino exercitum referenda; sed pre-  
cipue

170. Cipùe spiritiales victoria, quae ab animarum  
hostibus reportantur; quis enim tot adversarios  
posset debellare, ni dextra juvaret excelsi muta-  
tionum operatrix: quis exempli gratia patet esse  
continens, nisi Deiis dederit, ut sapienter cognos-  
vit apostolus: non ego, dicens, sed gratia Dei me-  
cum: qui vero talis Victoriae sibi blanditur suf-  
ficienþe eam adscribens proprie, illico superad-  
etur, quia fortitudine sperantium in domino desihui-  
tur.

*Faciam in te misericordiam:* qui tanto  
erat in Deum pietate, & pius esse oportebat in  
proximum: circa quo universa lex versatur  
& prophetae: & quidem nec Deum diligere pro-  
batur, qui proximum non diligit, et quo abjectior  
diligitur creatura, major creatori exhibetur re-  
verentia: iterum hic beatus David, qui miseri-  
corditer intelligit super egenum, pauperem, ac  
despectum Mephiboseth ... non tradet eum domi-  
nus in animam inimicorum ejus, sed miseri-  
cordiam misericors consequetur à Patre caelesti  
misericorde.

*Faciam misericordiam cum Hanon,*  
Grahus David beneficiis à Patre Hanon acceptis,  
filii, et si sibi adversi, miserebuntur, suo nobis exem-  
pla, & gratitudinem commendans, & inimicorum

171.

dilectionem, quam, ut magis meritioriam, proprio suo dicto praecepto nobis Christus propo-  
suit; sed & miro in Cruce exemplo cum oraret:  
Pater dimitte illis, &c.

### S. III. Davidis peccatum, & pœni- tencia 2. Reg: à Cap: II. ad 13. —

**Textus:** Vidi que mulierem... misit ergo rex, & requisivit  
quæ esset mulier. Misit itaque David nuntios, tulit  
eam - dormivit cum ea... Ponite Uriam ex aduerso  
belli... joab posuit Uriam in loco ubi siebat viros esse  
fortissimos... & mortuus est Urias = Misit ergo Dominus  
Nathan ad David... Tu es ille vir... quare ergo contemp-  
sisti verbum Domini ut faceres malum... & dixit David:  
peccavi domino. Dixit que Nathan ad David: Dominus quoq;  
translilit peccatum tuum: non morieris. Verum tamen  
filius, qui natus est tibi morte morietur = Cap: II. v. 2.  
3. 4. 13. 16. 17 = Cap: XII. v. 1. 7. 9. 13. 14. —

Anno sua etatis quinquagesimo David, mis-  
so joab cum exercitu terram Ammon vastaturo,  
mansit ipse in Ierusalem, cum que die quadam  
recreationis gratiâ in suo deambularet solario,  
vidit mulierem, nomine Bethsabee, se lavantem  
ex adverso, cuius pulchritudine captus, adeam  
nuntios misit, qui statim adeum illam attule-  
runt, dormivit cum illa David, & impregnavit:  
quod ut celaret, virum ejus Uriam ab exercitu  
revocatum cibavit, & inebriavit, ut sic ad suam  
revertentur vocorem, quam cum is adire pius  
nol-

nolle, remisit eum David cum litteris ad joab,  
 cui jussit, ut viriam in primo pugnae loco col-  
 locaret, & ita cum aliis occideretur, ut re ipsa  
 accidit, Davide mox sibi Bethsabee in uxore  
 accipiente, quo ei filium peperit: cum in his  
 versaretur David, ecce Nathan Propheta ad  
 eum Dei nomine advenit, proposita parabo-  
 la de oviu*la* pauperi ablata, ipsum adulter-  
 ii, & homicidii arguens, inde que tanta in Deum  
 ingratitudinis, ita ut David sincera ducire  
 penitentia culpam fateretur suam, quam  
 quidem a Deo condonatam illico a propheta  
 audiit, verum multa in paenam sibi mala  
 obvenientia, quorum primum fuit mors na-  
 ti ex adulterio pueri, cuius aegrotanti*s* salu-  
 tem a Deo enixa exorauit. Post haec David  
 profectus est contra Ammonitas, & expugna-  
 vit Rabbath, ac ceteras urbes destrit*it* popu-  
 lum que crudeliter trucidavit. &

Viditque  
 mulierem, en prima causa lapsus Davidis,  
 incautius mulieris asperitus, incautius inquam,  
 seu <sup>propter intentionem praevaricacionis</sup> praet*er* intentio*nem* praevaricatio*nem* directus; quid ergo pre-  
 sumunt, qui hoc illuc oculos intendunt, & cu-  
 riosè visu vagantur in mulierum concubis?

173.  
sed quid de lascivè intencionib[us] dicendum? nil aliud quam oculis mechari dixerim, cum Clemente Alex: iuxta illud: qui viderit mulierem ad concupiscendam eam, fām mechatris est in corde suo, ~~Matth: 5.~~

Misit ergo rex, & requisivit, & attende-  
illationem: vidit: ergo misit, quia, qui ab objectis  
visis productam in corde sovet concupiscentiam, ja-  
ut mare fervens quiescere non potest, donec optatum  
consequatur objectum, suis tamen gradibus, suo  
que ordine procevit in ordinala malitia, ut faci-  
lius suobjechum demergat in profundum maloru-  
nde post visum objectum & concupiscentiam, misit,  
requisivit, ac gradatim, tulit, tandem que dormi-  
vit. Ex multiplici super his reflectione erue hu-  
militatem, Dei timorem, sensuum custodiam,  
ac vel remotarum peccandi occasionum fugam.

Poni-  
te Uriam, &c En abyssus abyssum invocat; a-  
dulterium proignit homicidium malitiae-  
palliatum. Sed modò queras, cur Deus Davi-  
dem, virum secundum corsuum, tam graviter  
labi permiserit? cum abulensi repono, id ad Da-  
videm tot h[ab]ili sublimatum humiliandum,  
ac ad Divinam in eo exaltandam misericordiam,  
nec non id fuiororum saeculorum exemplum, ut

174. ut qui stat, videat ne cadat; si tamen misere  
quis labatur, ne desperet, sed de Divina pietate  
confidat, praecipue Christianus, qui i ad vocalium  
habet apud Eternum Patrem dominum Iesum  
Christum.

Misit ergo Deus Nathan ad David  
o' Dei clementiam: quae ad peccatores Apostolos  
mittit & predicatorum, qui perditas oves ut boni  
pastores ad suum redificant ovile: ne insurdesca-  
mus eorum monitis, sed ut Dei legatos honorifi-  
ce suscipiamus; ut patribus obediamus, ut oraci-  
ta audiamus, ut veritatis normam, & salutis via  
illorum consilia sequamur.

Tu es ille vir &c ad-  
mirando exprobaret Davidis ingratitudinem, ut  
qui plus datum fuerat, & plus requireretur ab eo:  
sunt namque eo graviora peccata, quo à pluri-  
bus gratiis praevento committuntur: quantum er-  
go scelus est Christiani, qui non creatorem modo  
ut David, sed & Redemptorem amanissimum of-  
fendere non erubescit? non unum sane, sed mul-  
tiplicem promiseretur infernum.

Dixit David: pecca-  
vi domino; Peccavit David, quod solent Reges (ais. S.  
Ambr: Apol: 1 David. c. 4) sed penitentiam gessit, quod no

175.

solerent. Saul utique & alii plures clamarent peccata  
vi, verum, ut habet S. Augustinus, in voce simili dis-  
simile peccatus erat, unde & his nil profuit, quod illico  
Davidis veniam promeruit: dum ergo veniam pecca-  
torum clamatus, non tam ore, quam corde, delicta  
fateamur, atque oris requisita confessio ex sincera  
cordis conititione dimanet, sic que qui dat omnibus  
affluenter, cuncta indulget misericorditer. Hinc  
sequitur: Dominus quoque transstulit peccatum tuum,  
non morieris.

Verum tamen quia blasphemare fecisti  
inimicos Domini, filius qui natus est & videlicet, quam grave sit peccatum scandalum, cuius etiam  
culpa condonetur, non tamen dimittitur pena, ut haec sit in exemplum iis, quibus illa fuerat in  
scandalum, quod eorum gravitas censetur, quo a digniori persona probetur, et maxime in illis, qui  
ex munere cultis praesunt. Adverte etiam & penam  
cum culpa proportionem, ut filius ille, qui culpa  
fuerat objectum, & eiusdem fieret iustum piaulum;  
quia hoc equitate divina decrevit, ut in quibus  
homo deliquerit, in eis & penas tuat.

S.

# S. IV. Alice lapsi Davidis pœna.

2. Reg: a cap: 13.

**T**extus: Oderat enim Absalon Ammon... noluit David con-  
tristare spiritum Ammon filii sui, quoniam dilige-  
bat eum, quia primogenitus erat ei... luxit ergo Da-  
vid filium suum cunctis diebus = Cap:13. v. 22. 23. 37.  
=& ait David: surgite, fugiamus, neque enim erit  
nobis effugium à facie Absalom = c. 15. v. 14. =& ait  
rex: dimittite eum ut maledicat. Dominus enim pre-  
cepit ei ut maledicere ret David = c. 16. v. 10. = Confrictio-  
natus Rex aie loquebatur. Absalon filii mi, quis mini tri-  
bunal, ut ego moriar pro te = c. 18. 33. = Versa est virolo-  
ria in Iacobim = c. 19. 2. = & separabis est omnis Is-  
rael à David = c. 20. 2. = Facta est quoque fama  
in diebus David 3 annis jugiter sc. 21. 1. ~

**D**iuturna successione rerum, ac eventuum  
inausta variatione David sui peccati pœnas  
tuit; 1º cœdes Ammonis à fratre Absalome  
dolo procurata paternum Davidis dolorem  
excitavit; 2º ipsius Absalom in patrem  
rebellio, & cognitum odium, ~~quod~~ ac imma-  
nis emulatio, qua & patrem à facie sua  
fugere compulit; deinceps palam persequi-  
tur, armis in eum conversis: sed pius pater  
eum à suis occidi prohibet, cuius tamen  
morte funesta Deus & Absalonis castigat  
impietatem, ac Davidis dolentis prisina  
pergit punire peccata. & quamvis posthac

177

posthæc victoriis lucidæ quædam ei Deus  
concesserit intermedia, pœnarum, brevi & se-  
ditio sobœ, famæ que triennalis subsecuta  
est, qua misere pressus David Dominum con-  
suluit, atque hujus flagelli cognitam emenda-  
vit causam, septem saul's filios crucifigi curas  
& cum ipso saule ac jona ha | sepeliri in mon-  
te iusta gabat: sic que placato Domino fa-  
mæ illa cessavit.

Oderat enim Absalom Am-  
non: non exiguum est parentis flagellum di-  
cordia inter filios, universim que ex Ecclesiastico  
(cap: 22.) Confusio patris est de filio indisciplinato  
& sicutumque bonitas filiorum laetificat, sic &  
eorum pravitas patrem mortificat, quia bene-  
dictio patris firmat filios (Eccles: 1:3.) at maledictio e-  
radicat fundamenta: unde patet in filios reprehendi  
parentum iniquitates, & dolenda reflexione in pa-  
rentes filiorum petulantiam.

Noluit contristare.  
spiritum Amnon, &c quia David ne filium con-  
tristaret à debita correctione abstinuit, eum inor-  
dinata dilectione amatum, ~~per~~ morte vindice am-  
sit: hæc iusta pena parentum, ut filios perdant  
quos bene non educant, defleant que morte amis-  
tos

178. s̄os temporali, quos à spirituali non custodie-  
bant interitu liberandos ~

& ait David: surgite,  
fugiamus, &c: quam vanum est, quod paren-  
tes glorientur in filiis suis: en David tres genu-  
it filios: primus Amnon incestuosis fuit sororis  
violator, 2<sup>us</sup> Absalon primi occisor, & p̄t̄m̄s  
persecutor, 3<sup>us</sup> Salomon idolorum cultor: fugi-  
amus cum David à facie impiorum, nec car-  
ne & sanguine junctissimos diligamus in anima  
perniciem⁹

Dimitte eum ut maledicat, &c  
Mira h̄c Davidis tante injurie tolerantia,  
mira fides, & humilitas, qua convictorem ut  
Dei se punientis reveretur instrumentum: quia  
ut habet S. Gregorius l. 13 Mor: c. 17. contumeliosa  
semei verba, non tam convicta, quam adjutoria  
credidit, quibus se purgari iudicavit, sic que  
p̄nitens David omnes à Deo sibi immisas repu-  
tabat afflictiones, in mentem revocans malum  
quod patraverat, et adeo æquanimiter ut Deo di-  
xerit P: 18. Bonum mihi quia humiliasti me, ut  
discam, discamus & nos pariter mala omnia,  
ut peccatis nostris minor & patienter & gati-  
dester tolerare, ut pote quibus, & Deo suffacere,  
&

& graviores Vite futura pœnas possimus evitare.

179.  
Con-

tristatis Rex sic loquensdatur: Absalom fili mi paternè ac religiosè defecit David mortuum filium quem uhius ex Chrysostomo, decuit nova supplicio illo interire, quia a saeculo novum scelus per patris exitum voluerit inferre: cum tamen pater defecit non tam morte temporali, quam æterna perditum: rebelliones ejus non reputat de illius anima sollicitis, & paterni ac sancti amoris unice recordatus, vellet pro filio emori, maximam incocharitatem demonstrans, qua non modo pro amicis, animam suam offerat, sed & pro inimicis.

Versa

est victoria in luctum: vicerat David filii Absalom copias sed hujus morte funesta, vel ipsa funestatur Victoria: sicut enim Deum diligenteribus omnia cooperantur in bonum, sic Deum offendentibus ipsa bona in malum vertuntur: ex Victoria luctus, de gloria confusio, a gaudio dimanat tristitia: quia qui Deum non diligunt sed offendunt, merito amata omnia reperiunt, qui totius dulcedinis fontem peccando contemnunt.

Separatus est omnis  
israel à David, cuius alia fuit haec pœna, nempe rebellio decem tribuum per sebam concitata,

180 cuius occasio fuit tribus iudeæ prælatio, qua in  
mūffis se propensiorem illi David monstraverat:  
ut discant qui præsunt se omnibus communes  
præbere, ac equales, non secus ac bonus pastor qui  
ovium omnium similem gerit curam; sic que Præ-  
sul omnibus omnia facit, facile omnes, & sibi &  
Deo lucifacit: alias lites, rixæ, invicidæ, & perhur-  
bationes oriuntur inter subditos plurimæ, quibus  
regnum divisum tandem misere desolatur.

Facta.

est quoque famæ in diebus David: alia hec est  
ad peccatum subsecuta plaga, qua jam non so-  
lus David, Verum & populus percuditur univer-  
sus: Rex enim, ut persona publica, communita-  
tem totius reipublicæ representat; & ut pro sub-  
ditis rationem debet reddere, sic & hi coguntur de  
eius peccatorum pœnis participare: vide quam  
gravia & noxia sint superioris delicta.

### S.V. Cetera Davidis usque ad ultimam senectam, 2 Reg. 22.8. et seqq.

*Textus:* locutus est autem David domino verba carminis hujus-  
= cap. 22. v. 1. = Hæc sunt verba David novissima...  
Hæc nomina sonum David... desideravit ergo Da-  
vid, hauserunt aquam de cisterna Bethlehem... at ille  
noluit bibere sed libavit eam dominum = c. 23. v. 1. §. 15. 16.  
= Dixit David ad dominum: peccavi valde in hoc facto... Hæc  
dicit dominus: tristis habebis opio... Dixit autem David:  
coarctor nimis, sed melius est ut incidam in manus domini...

immissit que dominus pestileniam in israel & merui sunt ex  
populo 7000 virorum: dixitque David ad dominum: ego sum  
qui peccavi... & propitiatus est dominus=c. 24. v. 10. 12. 14. 15. 17.  
25. ⑨

Tandem David a suis omnibus inimicis liberatus, carnicum gratiarum actionis deo cœzinit,  
quod cap: 22: l: 2. Reg: continetur, & deinceps divini-  
tatis illustratis suos mirabiles edidit salmos,  
pietate & propheticis refertos: post hæc tamen su-  
perbiae spiritu incitatis universum numeravit  
populum suum, quam dein humiliter fassus cul-  
pam nomine dei a god prophetæ cogitur, detri-  
bus paenit fame, bello, & peste ad nutum eligere;  
ac peste preelecta 70 virorum millia interierunt  
Tunc David videns angelum domini in aere, gla-  
dio extento, ut cederet ierusalem, sacco indu-  
tus supplex deum orat, ut a populo flagellum  
avertatur, ac potius in se solum qui peccaverat,  
converteat: quibus, ac post oblatis god hortan-  
te sacrificiis, placatus deus plagam cessare  
fecit: Tum David intelligens in eo loco templi  
deo ædificandum, ad id magnifice excludendum  
necessaria queque parat, ac filio salomonis  
fabricam commendat, at omnimodam divi-  
ni cultus propagationem ⑩

182. Locutus est autem David Dño verbo car-  
minis hujus, quo de tot victoriis Deo gratias  
agit, & meritō, cum omnis victoria, à Deo e-  
xercitum donetur; qui vero de auctorib[us] gene-  
siciis tales Deo grates non reserat, sed prospera  
potius propriis adscribit virtutis, incidet in  
adversa, & quibus perse non valebit liberari,  
ut agnoscat, omne datum optimum desursum  
esse.

Mœc sunt verba David novissima, & nō vis-  
sima, ait Syrus, quia maxime comprehendā-  
da, vel etiam, ut S. Hieronymus hic tradit: quia  
quia post Psalterium, & reliqua metra edi-  
ta; sane mysteriis plena, & jure in aliorum  
complementum dicta, ut quæ ex Chald.: conti-  
nent de Christo venturo prophetiam: hinc  
docemur in finem usque vite meliora semper  
& mulari charismata, ut cogitatione, verbo, &  
opere in melius crescentes majorum in morte  
septiamus solalia meritorum.

Hoc nomina for-  
tium David, quorum hic lexitur catalogus, ut  
eorum in Davide invando virtuti laus ista tri-  
buitur, quæ omnes ad fortitudinem eorum pro-  
voce imitandam, in diro certamine contra ani-  
ma

hostes, illecebrasas dico concupiscentias, carnem  
item, mundum, ac dæmonem; contra quos pugna-  
re fortiter opportebit quamdiu spirabitur in hac  
vita miserrima, ad obtinendum regnum celorum,  
quod & vim patitur, & soli rapiunt violenti.

Desi-  
deravit ergo David &c aquam nempe de cister-  
na Bethlehem patriæ sue: naturalis prorsus  
amor patriæ, etiam vilissima mouet de calau-  
dere, & appetere; Dei tamen amore corrigendus  
amor ille, ut quid in patria nos à via Dni retrahere  
potest, odiendo & fugiendo nesciamus, populi  
nostrī, domusque paternæ obliti Dex. 8:44.

Hau-  
serunt ... at ille noluit bibere, sed libavit eam  
Dño: prompti utique tres illi fortes per hostilia  
rumpentes castra aquam hauserunt, ut insinua-  
bit Regis complerent desiderium, qui tamen,  
& illis fortior, aquam allatam bibere noluit, in  
eo se ipsum vincens, & cum aqua ipsa se totum deo  
offerens, ac suis mira mortificationis, religionis,  
ac fortitudinis prebens exempla.

Sixit David  
ad Dñm: peccavi valde in hoc facto, vani-  
tate scilicet, & superbia excitatus populum nu-  
mera-

meraverat, ut quos post victorias habeat subditos cognosceret; verum salutari conscientiae remor suu tachis clamat ad Deum: peccavi valde: magna Dei erga peccatores gratia, vermis iste conscientiae, quo fideliter de delictis arguuntur, sed gravior ideo manet pena conscientiae morsus speneribus.

Trium tibi datur opio: vel in puniendo Deus summe misericors, ad nullum peccantis penas imponit, eum sui ipsius constituiens iudicem, ut ex electione penae facienda, propriæ seruitur culpa gravitatem; quod si statim penitentiam non egerit, merito in manus Domini incidet <sup>cud: 2.</sup> in quo misericordia, & ira cito proximant <sup>cud: 5.</sup>

Melius est, ut incidam in manus Domini, quam hominum sapienter David pestem præ fame, & bello elegit, quia his hominum pure, & seriis vexationem experiretur, illâ vero æqualiter poterat feriri: verum quia Deus cor contritum, & humiliatum nuncquam despiciet, orantem pro populo Davidem, et secundum peccasse profitementem exaudiuit, propitiatus que est Dominus, ac tantum suspendit ab omnibus flagellum.

# §. VI. Davidis Senectus, & Mors. ☩

1. 3. Reg: c. 1. & 2. -

*Textus.* & Rex David senecorat. cumque operiretur vestibus non  
calefiebat. . . Rex vero non cognovit eam. . . Salomon filius  
nus tuus regnabit post me. . . ungarat eum ibi Sacerdos &  
Sacerdos, & Nathan Propheta = 3. Reg: 1. v. 4. 30. 34. = Apro-  
pinquaverint autem dies David ut moratur, precepitque  
Salomonis filio suo dicens. . . observa custodias & tunc tuum, ut  
ambules in viis ejus. . . dormivit igitur David cum patri-  
bus suis. & sepulchris est &c = c. 2. v. 1. 3. 10. ☩

Cum David senior confessus operiretur vestibus,  
& non calefieret, datur ei Abisag puella pulcher-  
rima, quae insinu ejus dormiens ipsum calefecit  
virgo manens. Adonias vero senior filius David  
auxilio joab, & Abiathar invitans fratres suos  
juxta lapidem Zoeleth, fontemque Rogel, ad con-  
vivium, immolatis victimis, inter epulis, se regem  
salutari facit, sibi regnum usurpans inscio habe.  
quod Bethsabee de consilio Nathan Prophete Davidi  
indicans, petit ab eo, prout sibi juraverat, Salomo-  
nem constitui regem, qui mox Davidis iussu re-  
giis stipatus honoribus eductus est in gion, ibique  
a sadoc Sacerdote & Nathan Propheta unctus in-  
regem super iudicium & israel, omnibus cum mu-  
sicis plausu acclamantibus: vivat Rex Salomon.  
Paucis post David moribundus, Salomoni injun-  
git, ut dei legem custodiat, joab obcidem Ab-  
ner,

ner & Amasæ, & semei ob maledicentiam puniat, Berzellai autem filios ad mensam regiam retineat; sic que tandem David mortuus est annos natus 70. post mundum creatum anno 2929. ante conditam Romanam 270. ante Christi ortum 1011. juxta Chronologicam tabellam in Opusculi limine appositam.

& rex David senue-

rat, cum que operiretur vestibus non calefiebat: quod Davidi hic naturali accidit evenit, morali ac deplorabili successu peccatoribus evenit; ut qui in vitiis infranato senescunt habitu, vix illo spirituali medio possint in charitatis reduci fervorem; sed & qui in via spirituali prolixa tepiditate frigescunt, quæque eis consilia admovereas, aut <sup>motiva</sup> maxima, calorem vel nunquam, vel difficillime concipiunt.

Rex

verò non cognovit eam, quam tamen vere in uxorem acceptam, tenet passim interpretes apud à Lapide; sed David parvum senili detentus impotenter, partim laudabili pro eo hinc moderatione, ab omni coitu abstinuit, ut & ipsis conjugatis esset in exemplum temperantie, & moribundos edocere, jam de mundanis vel

vel etiam licitis, nil appetere, nequidem cogi-<sup>187.</sup>  
tare

Salomon filius huius regnabit, &c. Ab re-  
prehensibili præferentia David hic Salomone  
regem constituit præ Adonia natu maiore, sive  
bat enim non huic, sed illi ex divina ordina-  
tione competere regnum, ut si bī Deus revela-  
rat (2 Reg: 12): humanis namque legibus divine  
prævalent, iustis que, sed inscrutabilibus iudi-  
ciis ultra humanam expectationem disponit  
plurima Deus, cuius cogitationes adeo longe dis-  
tant à nostris.

Appropinquaverunt autem dies  
David, ut moreretur: solis nato 70 annis appro-  
pinquabant dies, ut moreretur: o quam breves  
dies hominis sunt, ut S. Job clamabat, qui & ideo  
cunctis diebus expectabat donec veniret immor-  
tatio sua; & ut ipse David propheticō dixerat  
spiritu: Dies annorum nostrorum septuaginta  
anni; ut in ipso comprobatum videmus, verum  
& nunc id per paucis contingit, ubi natura am-  
plius decrevit, sed & ne illius de juventute sibi blan-  
diatur, evidenti constat experientia, in omni etate  
mortem corripere magis incertos, ut vigilemus  
nescientes diem, neque horam.

Procepit que Salo-  
mo-

moni filio &c. Hæc est præcipua, quam parentes filiis legare debent, hæreditas eorum primum consulentes animabus, quam corporibus: bona enī morientis patris monita maxime conducunt, ad filiorum mores instruendos, ut quæ ex circumstan-  
tiaſ ſacilius memoria retinenda imprimunhiri; ut quogue parentes intelligant, bonam filiorum edu-  
cationem ſibi ad mortem usque incumberet.

Dormi-  
vit igihiſ David cum patribus ſuis, & ſepultus  
est: dormivit, hoc est, mortuus est: quia mors  
quasi ſomnus est, de quo in die iudicii evigila-  
bimus ad vitam æternam, ſive bonam, ſive  
malam, prout uniusquisque in vita temporali  
operahis fuerit, ſive bonum, ſive malum. Mar-  
thas est David in ſenectute bona, plenus dierū  
& diuiniſ, & gloria, ut habetur 1. Paral: 29. fuit  
enim ipſe regum omnium idea & exemplar.  
Sepultus est a filio Salomonē ſolemniter & ma-  
gnificè, ut refert Josephus L. 7. ut decet filios  
erga parentes proponere preſtare.

Atque,  
hæc est Davidis Historia ad methodum nos-  
trum deducta: adnotauſ virtutes ad imitatio-  
nem, vide peccata ad cautionem, poenas ad-  
verte

verte, ut timeas; pœnitentiam considera ut ne-  
sipiscas: demirare typum Christi maximè pro-  
prium jam patientis, jam orantis, regnantis,  
peregrinantis, bona promalis reddentis, ac se  
pro nobis omnibus Deo patri offerentis; atque  
apis ad instar ex his floribus animæ tuæ dul-  
ciora exsuge, profice, perficere.

## Caput XII.

Salomon

Post Davidem Patrem immediata successione  
contemplandus venit Salomon Filius, regum e-  
quidem et opulentissimus, & sapientissimus, pro-  
cujus historiæ accuratiori compendio non nihil  
texnum sacrorum localem invertemus ordinem,  
ut qui consultò in Davidis capite non pauca  
de Salomone omisimus, ut in hunc proprium sui  
locum traduceremus: ideoque, & nonnulla per  
alios Scripturæ libros sparsa hinc adducemus ne  
scitu digniora ex toto prætermittamus: pluri-  
ma vero, quæ pro servanda brevitalis ratio-  
ne, vel intacta, vel mere insinuata desinemus,  
prodignitate, & narrata & amplificata dabunt  
insignes hujus historiæ Scriptores, ac commen-  
ta-

19<sup>o</sup> tatores, inter quos eminentiores Ludovicus Vi-  
valdus, de Magnificentia Salomonis, iores Bapt.  
Villalpandus; & prae omnibus (ut qui magis ex  
professo) noster Joannes de Pineda de Rebus  
Salomonis, ubi ample, eruditè, ac pīe, quæ ad  
historiam Salomonicam faciunt facile, & ju-  
cundè reperientur tractata.

### §.I. Salomonis infantia, & pueritia.

*Textus:* & consolatus est David Bethsabee uxorem suam  
... quæ genuit filium & vocavit nomen ejus Salomon  
& Dominus dilexit eum. Misitque in manu Nathan  
prophetæ = 2. Reg. 12. v. 24, 25. = Puer ingeniosus  
eram, & sororibus sum animam bonam = Sap. 8. 19. =

Post mortem illam filii, quem ex adulterio  
cum Bethsabee genuerat David, illa tanto me-  
nore affectum solabatur ipse ex divina promis-  
sione longè præstantioris sobolis Salomonis,  
quem de facto concepit, & peperit Bethsabee,  
jam in uxorem legitimam assumpta à Davide,  
ut probant aliqui ex illo Matth. 1. David genuit  
Salomonem ex ea, quæ fuit Uriæ, quasi dicent,  
quæ vero protinus erat Davidis, ut fuerat Uriæ.  
Natus, in emolumenis nubilus est, & curis mag-  
nis, ut ipsem testatur (sap. 7. 4.) ut tantæ dece-  
bat expectationis puerum. Octavo à nativita-  
te

te die circumcisus est, & Salomon appellatus,<sup>91.</sup>  
a matre ut ipsa textus littera videatur insinuare:  
quod nomen, & alia plura, quibus deinde vocatus est  
varias obtinuerunt versiones ipsius excellenter  
significativas: ut crevit puer praeclaræ indolis  
ac ingenii dedit indicia, unde Nathan prophete  
traditur educandus.

Et consolatus est Da-  
vid Bethsabee uxorem suam, munus unum  
est mariti, ut mulieres mores virili compen-  
sat prudentia, sic que pax domini, sancta que  
prosperitatem letitia: immixto tamen uxores de filio-  
rum tristantur defectu, ni potius animarum  
defleant perditionem: Deus enim qui mortifi-  
catur & vivificatur, una prole ablatâ, optabilior  
rem aliam substituet patientibus, ut hic da-  
vidi, & Bethsabee sperantibus divinae pro-  
missionis complementum.

Quæ genuit fili-  
um, credidit uisque Bethsabee promissioni  
divinae sibi à Davide indicate, credidit & spe-  
ravit, unde obtinuit & peperit tantum filium;  
credentibus enim perficit Deus quæ credenda  
dixerat, & sperantem in domino undique ejus  
mi-

192 misericordia circumdat, ut ipse David ceci-  
nit; <sup>et sicut</sup> dicit quod qui sperant in Dño mu-  
tabunt fortitudinem; tunc que adjutor eorum,  
& protector eorum Dñus est. <sup>D: 313.</sup>

& vocavit nomen  
ejus Salomon; si olim tanta nominum erat  
observatio, & mysterium, quid modo Christianis  
agendum, quibus non enigmatica solum,  
ac prænuntiata imponuntur nomina, sed  
Divorum patrocinio munita, ut nempe & ipsius  
reverentur vocabulum, & objecti virtutes  
specialim imitentur, atque ut certum fiden-  
ter invocent amando patronum?

& Dñus di-  
lexit eum, preveniens illum in benedictionibus  
dulcedinis suæ, destinabat eum successorem Da-  
vidis, fabricatorem templi, & typum Christi,  
& ob hanc causam dicit Deus <sup>1. Paral: 22.9.</sup> pacifi-  
cus vocabitur, & pacem & quietum dabo in Israel  
cunctis diebus ejus, ipse adificabit domum nomi-  
ni meo, & ipse erit mihi in filium <sup>ecce</sup> quot graia  
marent etiam pro hac vita preelectis, ac predesti-  
natis a Deo, si tamen ipsi obicem non posue-  
rint. Misitque in manit Nathan, Salomon

post ablactationem, primamque piorum paren-<sup>193.</sup>  
tum institutionem traditum educandus Natiā.  
Prophetæ: quia etsi parentes pii sint, non tamen  
necessarium illud inter amorem, & rigorem facile  
assequuntur medium in liberorum instrutione: qua-  
re præstat illos extraneis, & selectis commendare pa-  
dagogis, ne etsi preclara indoles filiorum, ut uber  
gleba sine cultura, sive vescat: unde sapienter Plu-  
tarctus dicit: Quemadmodum ad agriculturam pri-  
mum requiritur bonum solum, deinde peritus colonus  
denique semina frugi, ita plane natura solo, agricola  
magister, semini præcepta respondent;

Puer inge-  
niosus eram. Cum Deus Sapientiam large &  
ubertim Salomoni esset affusurus, optima illum-  
tum corporis, tum animi contempnatione ador-  
navit, sapientiæ illi consentanea: sed quot pue-  
ri à Deo miris naturæ, ac gratiæ donis præditati,  
hac sibi vertunt in perniciem, ipso rationis usu ab-  
ilentes, & sibi commissum in terram fodientes  
talentum, strictiorem inde rationem Domino redi-  
turi.

& sortitus sum animam bonam: hoc  
est Dei nūtrī, non ex proprio merito obtinui ani-  
mam bonam: ea vero in pueris dicitur animæ

194. bonitas, qua affectionum, morum, ac propensionum praelucet candor, quasi futurorum semen virtutum, quod si innocentiae contrariis non conteratur, suum tempore suo faciet fructum: quare juvenes suas dotes, ut sapientiae custodiant semina, ne sodalium pravitate, aliisque quibusvis sapientiae contrariis fructificare impediatur.

## S. II. Salomon in Regem unctionitur, 3. Reg. & i. Paralip.

**Textus:** Salomon filius tuus regnabit pro me, & ipse sedebit super solium meum ... Inixeruntque cum Sadoc Sacerdos, & Nathan Prophetas, & uienderunt inde Iacobos, & insonuit civibus: = 3. Reg. l. v. 30. 47. = Salomon uitam sedebit super thronum David patris sui, & firmatum est regnum ejus nimis = c. 2. v. 12. = & unixerunt secundo Salomonem filium David: unixerunt autem eum anno = 1. Paralip. 29. 22. =

Cum Salomon ageret annum suæ etatis vigesimum (ut bene probat hic noster à Lapiâ contra aliquos) pater eius David de juramento facto requiris à Bethsabée uxore, iterum ei regnatum pro se Salomonem asseverat, eademque die uersiuit Sadoc, & Nathan, praincipiens, ut riti solemni Salomonem regem constituerent, quem publicè adductum in montem Gihon ibi unixerunt, cunctis conciamantibus: Vivat Rex Salomon: inde reductus in Jeruzalem collocabitur super solium regium, quo auditio Adonias frater & amilus Salomonis, timens fugit in tabernaculum, q[ui]lem

195.

è cornu altaris avulsum remisit Salomon in  
domum suam. Tum, ~~de altari~~, sacrificiis  
Deo oblatis Salomon vnguitur secundo ac cele-  
briori rite, sed it que in solio regni, ipsi princi-  
pes dantes fidem ad manum, lenti diem festum  
egerunt, ac plaudentes epulati sunt.

Salomon

filius tuus regnabit pro me: non dicit meus  
sed tuus, cum utriusque filius sit, ut discant  
parentes, in filiis sublimandis non paternum  
sibi consulendum affectum, sed, vel divinam,  
si adsit, inspirationem, sequi, vel alieno poli-  
uis regi iudicio in eorum discernendis meritis:  
in illo: regnabit pro me, mundanorum elu-  
cet eliciendus contemptus, ubi & ipsa regna-  
beare non possint, quos ad tempus ditant, sed  
& suam, ut reliqua, successionem, inconstantiam  
ac volubilitatem habere demonstrantur.

Ipse se-

debit super solium meum: tota, qua fruenter  
potentia donabitur: o quam vana mundi poten-  
tia: quam parvi facienda ejus divitiae honores  
& dignitates: prestat ergo has, ut David anticipa-  
to relinquere, que in morte cruciant se habentes,

& innumeris tunc affligit curis, quibus bono animæ non vacat prospicere: e contra qui ea cordatus adjectit, tranquillo moritur animo, ut qui à terrenis jam facile avellitur, quia iis non adhæret.

Unxeruntque cum ~~et~~ olio nempè quod ad id in Tabernaculo asservabatur: per quam uncionem significatur regem debere induere misericordiam, ceterasque virtutes in oleo figuratas; debere item subditonum infirmitatibus mederi: & dum clament: Vivat Rex, non tam sibi quam subditis vivendum intelligat, ut & pro iis quibus praest rationem reddiatur.

Ascenderunt inde latantes, & insonuit civitas: dignum lætitiae spectaculu videre inunctum & à Deo donatum sibi regem, a quo populus sibi sperat emolumenta recte gubernationis: sed vero subditis omnibus magna lætitia suscipiens quilibet sibi propositus Prelatus; quicumque enim sit, à Deo preficitur, ut eo perfectius obedientia exerceatur, quo prorsus ineptior censeatur, ubi evidenter injustum non precipitur. Salomon autem sedet super thronum David, quasi jam solemnum accep-ens

ens regni possessionem: ubi sessio firmitatem,  
& regiam constantiam, atque inflexibilem deno-  
tat, absque acceptatione persistentiam in bono reg-  
ni regimine servandam: thronus patris idem imi-  
tationem injungit boni antecessoris, & pro posse in  
statu uniformitatem refinendam: propter quae  
omnia praestanda additur: & firmatum est reg-  
num ejus nimis, ut in bono quasi solidaretur,  
sic que omnimodam adderet regno <sup>firmatatem</sup> potestatam.

Un-

xerunt secundò Salomonem, ut prioris factio-  
nis Adoniae rebellione delecta (inquit Pineda) re-  
gis nova inaugratio omnium plausu suscep-  
ta, illis etiam tribueretur accepta, qui primam  
probatum non habuerant: iuvat enim non  
raro ad renitentium confussionem aut resipis-  
centiam media posita repetere: sicque pro co-  
versione peccatorum expedit recta iterare mo-  
rita, ut salutaris inspirationis gutta non se-  
mel aut bis, sed saepe cadendo, etiam lapidea ca-  
vet pectora.

Unterunt autem cum Domino, id  
est, diligente, & volente Dño, vel etiam confirmante,  
ut ex iterato sua electionis indicio, Salomon plu-

198 pluribus se Deo dicandum titulis agnoscunt.  
sua Deus replicat beneficia, ut gratias repe-  
tamus; multiplicat auxilia, ut concurredimus;  
sed heu! quoties voluit nos, ut gallina pullos  
suos, congregare, & noluimus! curramus ociis  
ne relinquatur tandem domus nostra, seu ani-  
ma, deserta, & gratiis efficacibus destituta.

### S. III. Salomonis sapientia, & divitiae.

3. Reg. 3. & 4. & 10. = 2. Paral. 1.

*Textus:* Apparuit autem Dominus Salomoni personum nocte, di-  
cens: poshila quod vis ut dem tibi; & ait Salomon.. dabis  
ergo seruo tuo car' docile, ut populum tuum iudicare possis &  
discernere inter bonum & malum .. placui ergo sermo cora  
Domino.. & dixit eae.. dabi tibi cors apiens, & intelligens, ut  
nullus ante te similis tui fuerit, nec post te surrechurus sit.  
Sed & haec quia non poshiles dedi tibi: divihas scilicet & glo-  
riam = cap. 3. v. 5. 6. 9. 10. 12. 13. = erat autem Rex Sa-  
lonon regnans super omnem IsraeL = c. 4. 1. = Di-  
vitias & substantiam dabo tibi, ut nullus in regibus si-  
milis tui = 2. Paralip. 1. 12. = Erat pondus auri, quod  
offerebatur Salomoni. & 3. Reg. 10. 14.

Salomon, accepta in uxorem Pharaonis  
regis Egypti filia, profectus est in Gaba-  
on cum primatis IsraeL cum que ibi in  
tabernaculo Moysi super altare oreum  
mille hostias oblulisset, nocte ipsa Deus in  
sonnis apparuit ei, quidquid sibi petie-  
rit promittens; atque unice postulavit Sa-  
pien-

pieniam, & in agendis discretionem, quam  
a Deo, petitionem laudante, abunde supra  
reges omnes accepit, unde cum divitiis co-  
piosissimis. Reversus in iherusalem, oblatis  
& ibi coram arcâ victimis, convivium suis  
exhibuit magnificum; tumque mirabili  
judicio duas moretrices de filio contenden-  
tes probavit, nece infantis minata, ubi ma-  
trem ex pietatis affectu, palam dedit discer-  
nere: mox regnum prudentissime guber-  
nans longè latèque dilatat ab Egypto ad  
Euphratem, magnifico perfruens regia om-  
nis supellechilis apparatu: suamque pos-  
teris manifestavit sapientiam, in scriptis  
libris Proverbiorum, Ecclesiastæ, & Canti-  
corum; elucetque in Libro Sapientie, ex  
eius sententias à Philone judæo constato,  
ut passim censem Auctores.

*Apparuit*  
autem Dñus Salomoni per somnium, cum  
in somniis communiter ea cogitationum spe-  
cies recurrent quas interdiu mente revolvimus.  
sic Salomoni crebro per diem de Deo cogitanti  
& dormienti, nunc Dñus apparet: ita nos piame-  
dile -

200 ditemur vigilantes, ut sancta somniemus  
dormientes quasi continua affectione diu-  
na cogitantes; carecamus tamen ab errore  
somniorum recollectione, qua perniciose admo-  
dum nonnulli deluduntur.

Postula quod vis,

Deo placuerat Salomon sacrificiis & victimis,  
atque observantia consiliorum Davidis pa-  
triis sibi; hinc liberalissimus dominus thesalus  
quoque suos illi aperit cum ipsa eligendi liber-  
tate: qui enim Deo servirunt, vel ex hac vita  
multam accipiunt retributionem; iis dicitar:  
petite, & accipietis; dilata os tuum, & implebo  
illud; & quidquid petierint sicut illis, ut Chris-  
tus promisit Apostolis.

Sabatis ergo servo tuo  
cordocile, &c. O! rectissima petitio! O! electio sa-  
pienissima & prudenissima, qua sapientiam  
unice postulans jam sapiens esse comprobatur.  
unde & ipsem dixerat: inquit sapientiae est  
<sup>sup. 6.</sup> ipsa disciplinae concepcionis: Quid hic peti-  
sent mundani? divitias, honores, & fastos, qui-  
bus abusi ad inferna descendunt. Petamus & nos  
potius sapientiam, & omnia nobis bona venient  
pa-

pariter cum illa.

Placuit sermo coram Domino,

Ille sunt preces Deo acceptae quibus non mun-  
dana corporis, sed anima spiritualia dona postu-  
lamus; haec enim solimmodo perpetua sint &  
desiderabilia, cetera omnia arbitranda ut  
stercora, atque ut detrimenta, quibus anima  
illa queatur, ne viam Dei mandatorum libere  
valeat currere.

Dedi tibi corsapiens, &c. Deus  
qui recta peccatis verbè dat afflenter, optata  
Salomon dedit sapientiam, tantam, ut a nul-  
lo sui ordinis superatus, aut superandus sit, nec  
naturalem modo sapientiam accepit, sed & spiri-  
tualem, quæ Sap: 10. propriè vocatur scientia Sacer-  
torum, quæque longè præstat, ut potè, quæ à Dei  
timore habet initium; finem vero, per virtutes om-  
nes, vitam eternam.

Sed & hoc quæ non postu-  
lasti dedi tibi, Divitias scilicet, & gloriā, qui-  
bus abundavit Salomon super reges omnes: ut  
discamus ex eo spiritualia petere, & desiderare,  
nulla de temporalibus habita solicitudine, horū  
enim cura apud Deum est, patrem benignissimum,  
qui per opimè novit, quibus indigemus: quod si  
primo quiescerimus regnum Dei, & iustitiam ejus,


sicut Salomonis; sic & nobis cætera omnia ex  
Dei bonitate adjicienhir.

Erat regnans super  
omnem Israely: idque summa felicitate, ac  
rerum omnium abundantia; gaudebat que  
universus populus pace omnimoda, quæ nūque  
magnopere pendet a bono Principis regimini  
ac gubernio: ubi enim, qui praest deflectit, jam  
regnum dividi incipit, indeque desolationem mi-  
natur funestam; sed ubi regnat sapientia, ibi Pax  
imperhribilis.

Divicias & substantiam dabo tibi  
in Titionibus, palatiis, gemmis, auro, argento,  
& omnis generis opibus: quibus omnibus recte sa-  
pieniam anteposuerat Salomon, in eo vere bea-  
tus, quod post aurum non abierit, neque in pe-  
cunia, aut thesauris speraverit: unde & eius i-  
mitatoribus promisit Iesus, quod eorum stabi-  
liantur bona Ecol: 31, ubi econtra habetur: Qui  
aurum diligit, non justificabitur... ut illis, qui  
sectantur illum, &c.: atque idem discurre super  
ultimo prefixum texhim: Erat pondus auri,  
quod offerebatur Salomonis.



J.



IDEM TEMPLI ISLAMONICI  
 Ex Christiano Adrichomio Delpho  
 in Theatro Terra Sanctæ

**¶. IV. Salomon fabricat  
Tēplum Dñō. ¶**

**Textus:**

c. 4. *Hiram dubat Salomonē ligna cedrina, & ligna*  
*L. 10. 13. abiegra. ... & erat induitio 30000 virorum = adifi-*  
*cari cepit domus Dñō ... Malleus & securis, & om-*  
*ne ferramentum non sunt audiita cum adificia-*  
*reatur ... & affixit laminas clavis aureis = c. 6. 1. 7. 21.*  
*= fecit que Salomon omnia vasa in domo Dñi al-*  
*tare aureum &c. ... thuribula, deuro parissimo, u.*  
*= cap. 7. 1. 48. & seq: = intulerant sacerdotes aram sae-*  
*dens Dñi in locum suum. &c. At ergo Salomon in*  
*tempore illo festivitatem celebrem = c. 8. 6. 62.*

Misit Salomon plusquam 100 millia ope-  
 rarium, ac impetratis ab Hiran rege Tyri  
 artificibus multis, plura ligna & lapides pro  
 templi fabrica in libano monte parari iubet,  
 atque ratibus per mare in Ioppen, ac inde  
 porro terrā Jerosolymam adiehi fecit. Tūm  
 anno quarto regni sui mense Aprili cepit  
 Salomon adificare Jerosolymæ in monte Mo-  
 ria, ac area Orna templum Dñi excellēns-  
 simum, intrinsecus circum quaue laminis  
 aureis vestitum, variis ornatum pichuris, ac  
 marmore preciosissimo stratum: ante porti-  
 cum magnificam ducenta posuit columnas e-  
 reas; item altare holocausti æneum, mare  
 iti-

204. itidem æneum, quod stabat super 12. boves  
fusiles, ac decem conchas æneas; altare incen-  
si aureum, duos Cherubin aureos, censum  
phyalas & vasa innomera aurea ad usum  
templi; quæ omnia septennio perfecit, anno  
regni sui undecimo; mox anno sequente die  
octava Septembri, convocato universo Isra-  
el, solemní pompa cœpit celebrare templi  
dedicationem, subsequentibus cæmoniis ò-  
nibus, & holocaustis, ut referuntur 3. Reg: 8. &  
2. Paralip: 5. Dein ipse met coram multi-  
dine genuflectens, & manib[us] in cælum expan-  
sis, gratias deo egit, ora vit que, ut templum  
sanctificaret, ac in eo orantes exaudiaret; &  
ecce de cælo descendit ignis & sacrificium devo-  
rat, procumbentibus omnibus, ac deum adoran-  
tibus & laudantibus: post hæc cœpit festum taber-  
naculorum, dein facta collecta pro necessariis  
templi, iuxta Levit: 23. populus ad sua reversus  
est.

Hiram dabant Salomonis ligna, & sic Sa-  
lononi cooperans in fabrica Templi. sanctu-  
erim ac deo maxime gratum in piis operibus  
proximo cooperari, ut & simul faciat remu-  
ne-

nerationis participes, ut sunt & meriti, & sicut  
205.  
Hiram dabant Salomon pro lignis, tritum &  
oleum; sic Deus pro viuisimis ~~et~~ seu tempo-  
ralibus sibi oblatis, preiosissima vite aeterna,  
alimenta, seu gratiae auxilia, abundantier reli-  
quit.

& erat indicio triginta milium viro-  
rum: intellige primarios solum operarios, &  
operum prefectos, quibus alii plures subjace-  
bant: erantque isti ex primatis populi, ut  
seculi hujus magnates in piis causis subser-  
vire non dedignerentur, maxime cum de divino  
cultu agitur: dum namque Regum Regi deser-  
vinunt, nobiliores esse perhibentur, ubi ipsum  
servire, jam est regnare.

3. Reg: 9. 2

Aedificari capit do-  
minus domino, prius quam sibi de domo provide-  
ret Salomon. Deo templum aedificari curat: unde,  
& ut sibi magnificentem postea ~~postea~~ palati-  
um extrueret abunde obtinuit: sic que, si  
nostros in dei cultum primo ordinaremus  
reditis, & unde nobis post haec consuleremus,  
multiplicatio haberemus: Deo dantes unum  
recipimus centrum; Deo de terrenis in-  
servi-

206 servientes, & vita hujus bona multiplicar-  
mus, & vitam promeremur eternam, thesa-  
rum nusquam deficientem.

Mallen, securis,  
ferramentum, non sunt auditæ, quia utique  
materia omnis jam dolata erat, ac propria-  
ta, ut explicant Lyra, Abul-Ribera: ubi ap-  
tè significatur, quantum in templis servan-  
dum silentium, ut quiete vacantes orationi  
nullis mundanis rumoribus ibi distrahan-  
tur, ubi Deum ipsum alloqui conceditur, &  
vel ipsi Deo dicata materia maxima reve-  
rentia debetur.

Affixit laminas clavis aureis,  
Sacrae in templis apponuntur pichiræ, ut ve-  
rius cœli typum ea exprimant, in quo Deum  
adorant omnes Angeli ejus, & sancti; atque ut  
in templo, orationis domo, celites quoque exo-  
remus, ut intercessoribus multiplicatis, quod nos-  
tra non obtinet possiblitas, facilius a domi-  
no quod petimus impetreremus.

Fecit que Sa-  
lonon omnia vasa in domo Dñi, Altare  
au-

reum, &c; in auro charitas designatur.<sup>207.</sup>  
quia corda nostra debent ardere, ut Christo  
dignum altare, apta que gratiae vasa effici-  
antur: ubi & auri mundities conscientiarum  
prescribit puritatem debitam ad Sacra sum-  
enda, aut tractando; vasorumque illo-  
rum novitas, peccatorum respuit vetera  
fragmenta, ut nova sint omnia, corda vo-  
ces, & opera, uiscerant Ecclesia

Thuribula

de auro purissimo; quia ex mundo corde  
pergratus odor diffunditur, dirigitur que  
oratio sicut incensum in conspectu Dei, ac  
merita virhitudinem ad Deum ascendunt, si-  
cūt sumus aromatum, per manus custodis  
Angeli, qui laetus preces & merita nostra  
defert; ut his ascendentibus descendat gra-  
tia & misericordia

intulerunt Sacerdotes

Arcam in locum suum, hoc est, in sanctas  
sanctorum subter alas Cherubim. Erat Arca  
Sacra Eucharistie figura, cajus locus proprius  
sunt cherubicae deuotorum pectora, quæ duas  
charitatis, & fidei expandunt alas, quibus im-  
mensus

288 mensum gloriae pondus sustentant, quod in  
eis operatur dignæ sacramenti suscepio, si  
bi per sacerdotes ministrato, quos inde, & plus  
quam cherubica charitate ardere oportet.

fecit

ergo Salomon festivitatem celebrem, dedica-  
tionis videlicet extructi templi: quæ fieri va-  
riis & modo solet ceremoniis, quibus & domo  
dei debita commendatur reverentia, ac in ea  
agendorum mysteriorum alibi id est; speciali-  
terque ea dedicatione templo destinantur divino  
cultui, ut in posterum profanis usibus pollui, no-  
nisi sacrilegè possit.

### S. V. Depravatio Salomonis & Regni ejus. 3. Reg: 11.

*Textus:* Salomon adoravit mulieres alienigenas multas...  
& aufererant mulieres cor eius... ut sequeretur deos alie-  
nos... Hinc edificavit salomon sanum chamos idolo  
Noab... Dixit dominus salomonis... scindam regnum tuum.  
... suscitavit autem dominus adversarium salomoni - Iesse  
quam semen David super hoc = c. 11. 11. 1. 3. 4. 7. 11. 14.

39 ~  
Expletis salomon adisciis suis plures civitates  
extruxit: ejusque fama longe lateque diffusa  
Reginam Saba movit, ut ha terræ finibus cum  
ingenti comitatu cum adiret, ejus sapientiam ex-  
pertiri, opesque & in omnibus magnificentiam  
videre.

demiratura. Sed cum per orbem doles Salomo-<sup>209.</sup>  
nis celebrarentur, ipse de tanto Sapientiae culmi-  
ne in profundam insipientiae collabitur abyssum.  
aciamans accipiensq; mulieres alienigenas mul-  
tas, quae illi erant in uxores velut reginas sephi-  
gentias, concubinas vero trecentas, & quibus jam  
senex seductus, earum adoravit & coluit idola,  
iisque phanum in offensionis monte adificavit:  
unde iratus Dominus illi scissionem, depravatio-  
nemque regni minatur, atque adversarios ei  
suscitavit Adad idumeum, Razon Syrum, & Je-  
roboam Ephrataeum servum ejus; atque de Jeri-  
usalem egresso occurrens Ahias Silonites Prophe-  
ta, regni divisionem denunciat; ac recuperatio-  
nem convertendo promittit. ◉

Salomon adama-  
vit mulieres: O! misera transformatio! Salomon  
prius Sapientia celebris, modo fit insipientissimus:  
verè hic mulier apostatare fecit sapientem. ed: 192.  
quis nunc sibi potest de sapientia, & virtute obon-  
diri? quis peccati vel remotissimas non ausugiet  
occasions? quis Deum Regem gentium non lime-  
bit? ubi lapsum videmus hominum sapientis-  
simum, & adeo bonam sortitum animam. ◉

260. & averterunt mulieres cor ejus: ea est libidi-  
nis efficacia, ut sui sectatorum primò cor avertat  
à bono, à pietate, à Deo, ne justorum pace attrac-  
ti à se recedant; sed potius mente & corde exco-  
cali nil nisi sua appetant blandimenta: ca-  
veamus ab hoc lubrico serpente, qui tam sua-  
viter quocumque se immittit, & corda etiam  
sapienissimæ incantè penetrat, dein suo de-  
pravat, lœdit, ac destruit veneno ~

ut sequere-  
tur Deos alienos, qui à vero declinaret Muni-  
nē: qui enim lubricam sequitur viam inclina-  
tam, decursu præcipiti in profundum corrigit:  
o metuendum luxuriosis præcipiūm, quo etsi  
snavi, sed veloci casu deveniunt; mens libidine  
obsecata, jam verum non agnoscit, sed ad inga-  
nias falsas conversa per molles passus ad suam  
currat ruinam ultimam ~

Edificavit Salomon  
phanum Chamos, ubi jam tanta Salomonis sa-  
pientia: ubi illa divini cultus ampliatio: jam  
illum sufficiens pietas Deservit, eo quod (aīt Eucler.)  
eum nulla saltē minima tribulationis discipli-  
na custodivit, omnia illi erant prospera, unde  
que deliciis, ac opulentia referto: illi, ~~ne~~

cum sibi felicitas arridet exterius, eadem simul 211.  
irrideat interius.

Scindam regnum hunc, in duo,  
scilicet iuda, & IsraeL justa in rebellem senten-  
tia: Salomon cor suum diviserat; dividatur &  
eius regnum, quod & alter accipiat, ut & cor di-  
visunt Deus occupat alienus: peccata princi-  
pium sunt scissio regnum, quae ex unione ac-  
cipiunt fortitudinem, sed ex divisione tendunt in  
desolationem.

Suscitavit autem Dñns adversariū  
Salomonis: quae pæna vivenī inficta est, superi-  
or vero post mortem: æquum est, ut adultrumque  
extendatur regum pæna delinqüentium, ut & ipsi  
delictorum se habant in se effecit, & ii quibus pec-  
cando fierant in scandalum; in se patiantur ad-  
versarios, in suis ignominiam perpetuam, ut  
& duret peccati in posterum memoria, cuius in  
vita fuit adeo publica notitia.

David super hoc, dixit Dñns Jerobbam Salomonis  
successori, propter cuius scelera tohi Davidis se-  
mini imminebat afflictio: o tristes scelerum ef-  
fecitis, o prolongata pænarum successio! verum &  
in hoc maxime iustis, & rechis Dominus, ut qui vo-  
luit

212 *luit populos à Sanctis regibus suum accipere emolumenatum, & ab iisdem depravatis permittat succedere detrimentum: orent igitur subditi pro prælatis suis, ut proficiam sibi relinquant honorum operum, ac exemplorum hæreditatem.*

### §.VI. Salomonis mors & exilus. 3. Reg. II.

*Textus: Dies autem, quos regnavit Salomon in Ierusalem super omnem Israel, quadraginta anni sunt. Dormivit que Salomon cum patribus suis, & sepultus est in civitate David patris sui, Regnavit que Roboam filius ejus pro eo. a. 42. ad fin.*

*Anno suæ ætati's sexagesimo, ut censem Lyran: Abiit: &c. obiit Salomon postquam regnaverat super omnem Israel annis quadraginta, sepultus que est in civitate David in monte Sion: ubi narrant Zonaras, & Cedrenus apud à Lapide, ejus sepulchrum sub Hadriano imperatore dissipasse ac concidisse; hocque motus ac humulus iudaicos portendisse: quod & Dio Cassius commemorat in rebus Adriani. Salomoni patri immideate successit filius Roboam, qui à populo in Sichem constitutus Rex minatur tribubus oppressionem: unde facta est scissio regni, à deo Salomoni prænunciata; eligiturque ieroboam à decem Tribubus, solis duabus iudeis & Benjaminis*

Roboam, qui super eas regnauit annis septem-decim; sed Jeroboam viginti duobus super alias decem, successentibus ultimque suis regibus in hanc seriem.

| Super duas Tribus.<br>(Regnauit — annis) | Super 10. Tribus.<br>(Regnauit — annis) |           |              |
|------------------------------------------|-----------------------------------------|-----------|--------------|
| Roboam                                   | 17.                                     | jeroboam  | 22.          |
| Abia                                     | 3.                                      | Nadab     | 2.           |
| Asa                                      | 41.                                     | Baura     | 24.          |
| Josaphat                                 | 25.                                     | Elae      | 2.           |
| Joram                                    | 8.                                      | Zambri    | 7. diebus.   |
| Ochorias                                 | 1.                                      | Amri      | 12.          |
| Achalia                                  | 6.                                      | Achab     | 22.          |
| Joas                                     | 40.                                     | Ochorias  | 2.           |
| Amasias                                  | 29.                                     | Joram     | 12.          |
| Azarias, sive Ozias.                     | 52.                                     | Iehu      | 28.          |
| Joatham                                  | 36.                                     | joachaz   | 17.          |
| Achaz                                    | 16.                                     | joas      | 16.          |
| Ezechias                                 | 29.                                     | jeroboam  | 41.          |
| Manasses                                 | 55.                                     | Zacharias | G. mensibus. |
| Amon                                     | 2.                                      | Sellum    | uno mense.   |
| Josias                                   | 31.                                     | Manahem   | 10.          |
| Joachaz                                  | 3. mensibus.                            | Phaceja   | 2.           |
| joakin                                   | 11.                                     | Phacee    | 20.          |
| joachim                                  | 3. mensibus.                            | Osee      | 9.           |
| Sedecias                                 | 11.                                     |           |              |

Dies autem quos regnauit Salomon, &c. Regnauit utique, & sapienter, & feliciter, quo usque, & suas bene rexit concupiscentias, sed ubi regnum animæ sue peccando dissipavit, & tempore regnum, atque felicitas ipsi dirui cepit: quoniam enim animo suo dominari

244. neglexit, quomodo rite alios regere poterat?  
sed vero quanta Salomonis de peccatis reddenda  
exhibit ratio, cum cui multum datum est, & mul-  
tum ab eo querendum restet: mansit utique  
ei locus pænitentie, Deo miserante: an ta-  
men eam peregerit, sub fatali dubio manet:  
unde, & <sup>in</sup> celesti quesito, an Salomon damna-  
tus sit, an salvus? salvis, nil affirmandum ju-  
dico, cum utraq[ue] opposita sententia validis  
utrimque argumentis, & propugnetur, & op-  
pugnetur; atque non parum indecisio hæc mo-  
rali subservit reflexioni, qua tanti sapientia  
portenit certa adverturntr scelera, & pænitē-  
tia, indeque salus, admodum dubia, & pro-  
sus incerta.

Dormivit que Salomon, utique  
somno mortis, quic nemini parcens, ipsius in-  
sidiatus regibus, & potentibus divitiis non  
vereatur; vel munissimas invadit turres om-  
nium viciarum: verius Salomon clamasset ut  
Agag (*1. Reg. 15. 32.*) siccine separat amara mors,  
quem è divitiis, opibus, honoribus, tanta que  
cripuit majestate: amara profecto, & amaris-  
sima mundum diligenteribus, carni servienti-  
bus, superbiam seculantibus; in quibus quia non

non est salus, nec spes salutis invitat: o' qua<sup>215.</sup>  
verē & sapienter cecinit B. Jacoponus in suo  
de mundi vanitate carmine~

Cir mundus militat sub vana  
gloria.

cuius prosperitas est transito-  
ria;

Tam cito labitur ejus poten-  
tia,

Quam vasa figuli que sunt  
fragilia ~

Dic ubi Salomon olim tam  
nobilis?

Vel ubi Samson est dux in-  
vincibilis?

Vel pulcher Absalon vultu mi-  
rabilis?

Vel dulcis Jonathas multum  
amabilis?

Tot clari proceres, tot rerum  
spatia.

Tot ora praesulun, tot regna  
fortia.

Tot mundi principes, tanta po-  
tentia.

In ictu ouli clauduntur omnia.

& concludit

Nil tuum dixeris quod potes  
perdere;

Quod mundus tribuit intendit  
rapere,

Superna cogita, cor sit in  
ether:

Felix qui profuit mundum con-  
temnere~

& sepultus est in civitate David patris sui,  
Sapiens Salomon prius toti mundo inhimarat:  
Vanitas vanitatum, & omnia vanitas (Eccles. 1.2) nūc  
autem ipse met in sepulchro summum vanita-  
tis redditum speculum: evanuit ejus sapientia, se-  
licitas, & gloria; evanuit ejus potentia, sani-  
tas, & presens vita; ultimam non æternam~

Regna-  
vitque Roboam filius ejus pro eo: in ejus  
que regnatis anno primo comminata illa  
accidit regni scissio; & sicut Roboam regna-  
bat pro Salomone, pro eo, ita & omne regnum  
pa-

216. pœnas luit pro eo, scissionem istam duris Ro-  
boam excitante exactionibus, facto que Dei ins-  
trumento ad patris scelerum protrahendam  
vindictam: hæ sunt peccati sequelæ, hi fruc-  
tus; quis se à peccato non avertat? ex quo  
presentia proveniunt mala omnia, ac post  
hæc imminent æternæ.

Ad Salomonicae histo-

riæ coronidem, & ipsum Christi typum con-  
sidera: Templum ædificans, fideliūm ecclesiā  
extruentem Christum præsignavit, unchiū in  
Gihon, Christum pacem nostram, indicavit;  
sponsus Ægyptiæ, Christum sponsum Ecclesiæ,  
cujus & figura fuit regni Salomonis felicitas.  
sedens in throno, Christum denotabat judicem.  
cujus & gloriæ idæa exhibet gloria Salomonis.

## Capitell XIII.

(Ex Libro IV. Reg: Josias cap: 22, & 23.)  
¶ 2. Paralip: 34 & seq:  
Ut & aliqua de libro IV. Regum eritamus,  
atque de regibus post regni divisionem pre-  
dictam aliqua sciamus, duorum saltem co-  
rum extruendam hic, solito more, duximus  
historiam, unius qui super duas, alterius  
qui super decem alias tribus regnavit: ex

primis unum Josiam eligimus, ex cuius vita serie non pauca possimus eruere documenta: Quod in his praecipue intendimus

### §. I. Josias regnare incipit 4.Reg: 21. ¶ 22.

**Textus:** Regnavit Josias filius eius pro eo... Octo annorum erat Josias cum regnare capisset... fecit quod placitum erat coram domino & ambulavit per omnes vias David patris sui, non declinavit ad dexteram sive ad sinistram. Cap: 21.4.26. & 22.1.1.2.

Josias, qui & Cosar, filius fuit Amon, & ididem, jam que octo solim natu anno natus constitutus est a populo decimus septimus regna iuda post Salomonem: Josiae nomen a deo illi est impositum, predictum que ante 327. annos, qui suacerunt a Roboam & Ierooboam usque ad Josiam, habebit namque 3. Reg: 13.2. Ecce filius nasceretur domui David, Josias nomine, & immolabit super te (altare) sacerdotes excelsorum & inquis & nomen & Lelius religionis Josiae pronunciantur: unde josias, Dei munus, Dei salus, Dei ignis interpretantur hebrei: tale enim sacrificium obhilit domino deo, quale nec ante eum aliquis regnum, nec post eum, ait anchor operis imperfeci apud s. chrysost: hom: 1. in math:

Regnavit Josias filius eius pro eo, Amō  
 videlicet, qui malum fecerat in conspectu Do-  
 mini, sicut Manasses pater eius (4 Reg:22) qui-  
 bus succedere expediebat, qui bonum facturus  
 erat; providus enim & misericors Dominus nor-  
 patitur dein populos sub iugo gemere; sicut nec  
 fideles dinhirna affligi desolatione, sed solatio  
 immiscet, ut & bono capitis exemplo prava mem-  
 bra reficiantur, & in afflictione patientes ali-  
 quamvis respirent & requiescant a laboribus.  
 Deo non enim in eternum trascetur Deus, aut in  
 eternum comminabitur ut psallit Propheta

Octo

annorum erat, cum regnare cōpisset, præma-  
 turā ornatus regnandi orationē; quia Deus  
 quos vult, spiritu intelligentiae replet; & ut  
 in aliquibus malitia & temeritatem superat, sic in  
 Josia malitiam prævenit prudenter, & can-  
 dor innocentiae, ut esset adolescentibus exemplar  
 ut, ubi ipsis primo elucet boni & mali discre-  
 tio, bonum sectentur, avertant a malo ~

Fecit que  
 quod placitum erat coram Domino: hic finis  
 esse debet nostrarum actionum, ut Deo placeas  
 mus

219.

mus, & hominum placita non curemus, ni legi  
Dei concordent: quid enim prodest ab homini-  
bus laudari, & amari, quem odio habet Deus?  
non usque probatus erit quem soli homines,  
sed quem Deus commendaverit: dabit illi for-  
san temporalia, sed Deus promittit, & conferet  
æterna bona sibi placentibus, quæ mundus  
in perpetua invertit mala suis amatoribus.

Am-

bulavit per omnes vias David, non est imita-  
tus immediatores progenitores, qui Deum pa-  
trum suorum dereliquerant, sed mediatores  
Davidem, hominem secundum cor Dei: sic in  
copiosa hominum varietate illi nobis in exem-  
plaria proponamus, qui corde sincero Dei præ-  
cepta custodiunt, horum societatem & conhuber-  
tium sectemur, aversantes perniciosa peccatorū  
tabernacula.

Non declinavit ad dexteram, sive  
ad sinistram; in omnibus rectitudinem com-  
mendat servandam, quæ bonum virtutis est me-  
dium, ne ad aliquod declinetur extrellum: non  
declinemus ad dexteram rigoris (dum v.g. cura  
aliorum incumbit) aut ad hincæ toleranciæ si-  
nistram, sed boni moderaminis medium tenea-  
mus

220 mus, duce prudentia, quæ virtutum omnium  
sapidum est condimentum.

## S. II. Josiae pietatis fundamenta. cap: 22.

**Textus:** Cum audisset rex verba libri legis domini, scidit vestimenta  
sua, & precepit:... ite & consilite dominum super me, & super  
populo... magna enim ira domini succensa est contra nos...  
Pro eo quod audisti verba voluminis, & perterritum est cor  
tuum... colligam te, ut non videant oculi hui omnia mala  
quæ inducturus sum &c. N. 11. 12. 13. 18. 19. 20.

Anno decimo circiter octavo regni sui fecit  
josias instaurari templum domini: tum hel-  
cias pontifex reperit in templo librum legis,  
puta deuteronomium, ut cum s. chrysostomo  
censerent plures, vel eliam totum pentateuchum  
ut habet josephus apud à lapide: quo libro lec-  
to conterritus rex, sua vestimenta scidit in re-  
verentia, ac religiosæ admirationis signum ex-  
inde pietatis fovere, ac firmans fundamenta,  
atque ex devotionis affectu fleuit coram do-  
mino, misitque ad oldam prophetam, ut  
dominum super verbis reperi libri consule-  
ret, que respondit, inducenda super iudicium  
omnia mala in eo libro prænunciata obfras-  
gressam a præcessoribus dei legem, ipsiū  
tamen joslam prius in pace moriturum.

Cum audisset rex verba libri; audire pri-  
mum est ad scientiam principium: unde ad au-  
diendum indicitur a deo velocitas, ad loquendum  
autem postea tarditas; & beatus homo dicitur,  
qui sapientiam audit; sic que irosias audiens ver-  
ba legis Dñi sapientiae sue prima jecit funda-  
menta; exinde jam beatus, quod audierit ver-  
bum Dei, & ap̄hissimus ad fidem, qua ex audi-  
tu gignitur

Scidit vestimenta sua, ut Dei timo-  
rem loco humani timoris indueret; atque timor  
ille est, qui ex auditu conceptis pietatis funda-  
menta consolidat, auditu custodiendo, ne beatitudini illi aliquod deficeret requisitum, qua  
non modo audientes beantur, sed & simil Dei  
verbum custodientes (Luc: 11.) timor autem Dei  
optima est sapientiae custodia, ut pote qui odit  
malum, arrogantiā, & superbiā (Prov: 8.)

ite,  
& consulite Dñm, in dubiis ac perplexitati-  
bus ad Deum habendus ostenditur recursus,  
media Sanctorum intermissione dirigendus;  
ut, quod propria non obtinet possibilitas, eo-  
rum facilius intercessione obhetur. ubi & pro-  
prio non innitendum edocemur iudicio, ne er-  
rantes

222 rantes decipiāmur, maxime cum de verbi Dei  
intelligētia dubitamus.

Magna enim irado-  
mini succensa est: praevius iste timor Iosiam  
in operando direxit; sic & praeconceptus Novissi-  
morum melius cuncta opera nostra comiteatur  
oporet; ut, eo uentre frreno, ad nentrum latus  
deflectentes rectâ procedamus in propositorum  
finem optimum, vitam eternam.

Pro eo... colli-  
gam te &c, en suavis, & piæ audionis, & sac-  
ti timoris fructus, divina custodia, & à malis  
liberatio, quia misericordia Domini à progenie  
in progenies timentibus eum (Luc:2.) cuius timo-  
ris & alter maxime optandus est fructus, quo qui  
timet Dominum in mandatis ejus cupit nimis de  
bono in melius progrediens, ut in Iosia conspicimus.

ut non videant oculi tui mala: sic Deus  
bonos à malis inimicentibus liberat, ut ratione  
eorum persopè flagella suspendat, ne cum pecca-  
toribus communes pœnas suant, qui horum no-  
communiquerunt sceleribus: & econtra, ut ecclæ-  
siasticus monet, (Cap:27.) Si non in timore Domini

tenueris te instanter, cito subvertetur domus  
tua, ~

223.

§. III. Josias sancit fædus inter Deum  
& populum. cap: 23 ~

Textus: Ascendit que rex templum Dñi.. legit que cunctis  
audientibus omnia verba libri federis .. scelit que rex  
super gradum, & fædus percussit coram Dño, ut am-  
bularent post Dominum, & custodirent precepta ejus,  
& testimonia, & ceremonias in omni corde, & in tota  
anima .. acqueievit que populus pacto. V. 1. 2. & 3.

Convocato Josias populo universo ierosolymam, stans in templo legit coram omnibus  
totum. Deuteronomium; fædus que cum Do-  
mino renovans, omnes juramento adstrinxit  
ut lecta servarent: ejus quoque tempore  
jeremias, & Sophonias prophetarunt in  
jerusalem, divinam qile ihædis minati sunt  
vindictam; veris autem israelitis ex Chris-  
ti adventu omnimodam pollicitati felici-  
tatem ~

Ascendit que rex templum Domini ~  
& ut habeat 2. Paul: 34. in domum Dñi: tem-  
pla enim Domini Domini sunt, in quibus ha-  
bitare signatur cum hominibus, ab his que pe-  
culiari cultu vult honorari, speciali fiducia  
exorari; eosque à se principaliter exaldiru-  
sunt

224. Sunt quoque templo locis propriis ad pia  
tractanda negotia pro morum reformatione,  
& animarum salute, ut modò sorsias.

Legit  
que cunctis ~~ec~~ ut ex lectione fructuosa conci-  
perent, quæ eis infundere optabat, desideria: quod  
enim saepè non præstant recitata, hoc melius obli-  
nent lecta verba, majorem sibi vindicantia auto-  
ritatem: universim que eo copiosiores est sacrae lec-  
tionis fructus, quo, præ relativis, facilitor est in ea  
ponderationis repetitus affectus.

Stetit que reo,  
erat nūquæ ibi solium regium ibi sederet, sed  
religiose stat ut populum ad Dei cultum mo-  
veret & verbo, & exemplo: & quidem in templis,  
ubi Angeli cœlestis aula Principes tremula as-  
sistunt reverentia, quæli & ipsos terræ monar-  
chas expedit se gerere gestu, ac situ?

& fœdus  
percussit. ut ambularent post dñm: optimum  
sane fœdus, ipsi Ideo graffissimum, ac fœderatis  
fructuosissimum, sequi vias dñi, qui protector  
ac susceptor est omnium, qui inquirunt illum:  
vnde dixit: qui sequitur me, non ambulat in te-  
nebris, sed habebit lumen vite: hæc est via  
recta

recta, per quam justos deducit Dominus, iis os-  
tendens regnum Dei ~

225.

& custodirent præcepta e-  
jus & hæc est semita ad ambulandum post  
Dominum, ut docet Sanchis joannes Dicens: Qui <sup>1. joann: 2.</sup>  
dicit se in Christo manere, debet ut ille ambulavit  
& ipse ambulare; atque hæc est Charitas dei, ut  
mandata ejus custodiamus <sup>1. joan: 5.</sup> ~

in omni

corde, & animo volenti, in charitate non fí-  
ctæ, in omni cordis sinceritate: O! principibus  
imitandus Dei gloriæ zelus, ac salutis sibi  
commissorum affectus! quo Josias affatus, pac-  
tum hoc inter Deum inivit, & populum; il-  
lius gloriam, hujusque spiritualem inten-  
dens nihilatem: non sibi à subditis exigit  
tributa; sed Deo cultum, ac debitam obedien-  
tiā: hoc verbis instat, lectione, & exemplo.

Aconie-  
vit que populus pachto; fructis est exhorta-  
tionum Josiae, ac populi præparationis in-  
dicium, cuius defecti peccatores, & indurati  
verbo Dei sibi proposito non aconiescant;  
imo & scèpè sibi in mortiferum converunt  
venenum, monita salutaria contemnentes,  
et ~

226. timenda non memorantes, speranda non credentes, sola, praesentia attendentes.

#### S. IV. Josias subvertit idolæ. 2. 16. 4 Reg. 23.

**Textus:** Praecipit rex ut projicerent de templo Domini omnia vasa, quæ facta fuerant Baal. & tulit pulverem eorum. Delevit armipes. Destruxit quoque adiculas effeminatorum. contaminavit excelsa. Absulit quoque equos. & contrivit statuas. altare destruxit combusit, & comminuit in pulverem... & occidit universos sacerdotes excisorum &c. à N. 4. ad 21. excls.

ut ergo Josias omnia pietatis auferret obstatu-  
la, mundare statuimus templum, Ierusalem, &  
iudam ab idolis: altaria & simulacra Baal des-  
truxit, excelsa lucosque excidit; sacerdotes Ba-  
al delevit, soli & lince sacrificantes occidit,  
equos & currus solis combusit, domos effemi-  
natorum dissipavit. Tophet, cultum que idoli  
Moloch, quod erat in valle filii Ennom, ever-  
tit; pharum quoque quod Salomon ædifica-  
verat in monte Offensionis diruit; sed & pha-  
num & altare quod Jeroboam fecerat in Be-  
thel, comminuit; lucum succendit, ossa Sac-  
cerdotum ibi sepulchorum exhumeavit, & su-  
per altare combusit: sepulchrum tamen Pro-  
phetæ, qui haec fihira ante 357. annas præ-

predixerat, intactum servavit. insuper & omnia phana, aras, statuas, & lucos in urbibus Samariae, Manasse, Ephraim, & Si-  
meon usque Nephtahim per universam ter-  
ram Israël subvertit, omnes idolorum Sacer-  
dotes occidit, atque ossa sepulchorum combus-  
sit.

Præcepit rex ut projicerent de templo  
Dñi omnia vasa, quæ fuerant ~~Baal~~, ut in  
materiali restaurazione priora prius remo-  
venda sunt, ut nova succedantur; sic in spiri-  
tuali mutatione vetus homo abiciendus, ut  
nova fiat creatura; pravi affectus, quos ut  
diabolica portamus vasa projiciamus, ut in  
cor mundum sancta indicamus desideria,  
apta Deo habitacula.

& tulit pulverem eorum,  
ne vel pulvis idolorum in templo Deo di-  
cando remaneret. Pariter ergo, si vere ad  
Deum converhi voluerimus, non gravia so-  
lum defestemur peccata, sed vel minimas  
evacuemus offensas, quæ ut pulvis remanere  
solent, ex quo sensim & montes possunt ex-  
crescere; vel saltem animam Dei habita-  
culum

228 faculum maculant, ac defædant.

Delevit  
aruspices, seu divinatores, quos posuerant  
reges Iudaæ ad sacrificandum in excelsis: qui  
enim sanam sequi doctrinam exoptant, solli-  
citate caverere debent à falsis propheticis, ut disci-  
pulos suos Christi docet, ab iis scilicet, qui  
sub ovina pelle lenocinii orationi, suspectas  
seminant doctrinas, taxas inducunt sententias  
quibus tandem lupina voracitate, & ipsas dé-  
glutinent animas.

Destruxit quoque aedicularum  
effeminatorum, scortorum nempe masculorum,  
quibus infandè polluebatur templum Domini-  
ni, à quo longissimè abesse debet non opera-  
modò, ac verba obscena, sed et cogitatio vel  
minima, que mentis puritatem aligna ratiō-  
ne lœdere valeat, ubi mens tota in ipsum de-  
um debet intensius intendere.

Contaminavit  
excelsa, sive fana, & aras idolorum, ne quod  
fictiliis inservierat diis, vero, ac sacro cultui  
profana communione dicaretur: dedecet  
namque plurimum profana sacris immisce-  
ri

ri, quibus adeo opposite confunduntur extre<sup>229.</sup>  
ma, & paleat aditus ad resumenda prohibita,  
qua nec nominari debent in nobis. ♦

Abs-  
tulit quoque equos & soli dicatos; quibus  
& effrenes dolemur domare ac destruere. appe-  
titus animi, apparentis claritatis cupidit  
& ad visibilia directi, cuius & fictas conser-  
mus vanitatis status, & pravi amoris lo-  
cata idola destruamus, charitatis igne combu-  
ramus; atque contritionis impulsibus in eva-  
nendum pulverem comminuamus. ♦

& occidit

universos sacerdotes excelsorum; hos Iosias  
quasi victimas consecrans divina iustitiae,  
cujus laudandus zelator existit, ut qui alienos  
Deos coluerant, pñnam sceleri confor-  
mem fuerent, ac proportionatum, dei veri  
& vindicis hostiæ effecti, sicut invite. ♦

J. V. Iosias Phæse solemne celebrat.

Ibid: à V. 21. ad 29. excl: ~

Textus: & præcepit omni populo diens: Facite Phæse Dño Deo...  
Nec enim factum est Phæse ita à diebus iudicium... sed & pytones  
immundicias, & abominationes, que fuerant in terra iuda & Jeru-  
salem, abhilit Iosias, ut statueret verba legis.. Similis illi non  
fuit ante eum rex... neque post eum. V. 21. 22. 24. 25. ♦

230. Josias ergo, demolitis jam ubique idolo-  
rum reliquiis, pythonibus etiam, ac ariolis  
deletis, præcepit, ut juxta legem maxima-  
cum solemnitate celebraretur Pascha, seu  
ut agnum paschalem, cæteras que paschales  
victimas immolarent, ut in lege offerri jube-  
tur Num: 28. Hoc vero Phase celebratum est  
quarta-decima die mensis primi, seu Mar-  
tii, majori, quam nunquam, solemnitate ex  
josice dispositione ac munificentia, uti des-  
cribitur 2 Paralip: 35. ubi & ideo præci-  
pue laudatur Josias & 1.4. Reg: 23. præce-  
teris tam israelis quam iude regibus, quos  
omnes quoad religionis reformationem fa-  
cile antecelluit.

Facite Phase domino deo,  
jam isthuc phase velus terminalum est, u-  
bi Pascha nostrum immolatus est Christus,  
(2.cor: 5) qui se ipsum verum dei agnum de-  
dit sacrificandum, pariter dicens: Hoc fa-  
cite in meam commemorationem: Facia-  
mus utique, sed dignè faciamus, hoc longè  
superexcellentissimum Pascha, cuius reli-  
qua

237.

qua tenuis admodum praetextitare figura,  
vel umbra.

Nec enim factum est Phasæ tale,  
quod ubique longe verius dici debet de novo  
Eucharistiae Sacrificio, miraculorum à Deo  
factorum maximo, mirabilium ejus memo-  
ria adæquatissima, omnes antiquorum sacri-  
ficiorum utilitates superexcellentissimè com-  
plete, victimam infiniti valoris immolan-  
te, inde que omnimodæ impetrante, copiose  
pro omnibus satisfacente, ac Deum plenissi-  
mè gratificante.

Sed & pythones, immunditi-  
as, &c abhilit rosias, iterum memorat jo-  
siam mala omnia avertentem, ut & debitam  
in divinis tractandis inculcat munditatem, ac  
sollicitam pro mundanda conscientia curam;  
sicut enim semel putatae repulsi sunt herboe, ni-  
putatoris obstat continua diligentia; sic &  
prava in animo nostro recrescunt, nisi constan-  
ter detineantur mortificationis putatione vici-  
cis.

ut statueret verba legis, quia ut statum  
verba legis obtineant, in nobis cor mundum  
esse oportet ab omni inordinate affectu ipsi le-  
gi

gi contrario; alias nemper verba legis sonantia pulsant, verum nec intrant, aut penetrant cordis intimas, in quibus, quia non statimuntur, nec permanent, ut operentur, & operare commoveant.

Similis illi non fuit: in quibus verbis nulli antecessorum praedicantur ioseiæ, aut successorum, sed pro idololatriæ fugatione specialiter laudatur, ut à gratia illi præcipue concessa à Deo, qui suos electos in aliqua particulari virtute vult excellere ad utilitatem Ecclesiæ amenitatem; unde habemus ex iis tangunt floribus mysticis pietiora exsurgere ad imitationem exemplarum

## S. VI. Mors Ioseiæ

*ibidem s. N. 29.  
& 2. Paralip. 25.*

*Textus:* in diebus ejus ascendit Pharaos Necho rex Egypti contra regem Assyriorum. & abiit Rex Iosias in occursum ejus = 4. Reg: 23. 29. = Voluit Iosias reverti, verum perrexit ut dimicaret in campo Mageddo. ibi que vulnera his est a sagittariis mortuus que est. & sepultus. & universus iudeæ & ierusalem luxerunt eum. jeremias maxime. 2. Paral: 35. N. 22. 23. 24. 25.

Anno Iosia 31. ascendit Pharaos Necho rex Egypti contra regem Assyriorum (verius Nabopolassar seu Nabuchodonosor juniores, qui aegyptiis dominabatur aequo ac Babiloniis) ut

233.

ulcisceretur injrias Aegypto à Sennacherib il-  
labas, & spolia ab eo adlatâ repeteret; Josias  
autem volens impedire transitum ejus per ju-  
dæam, ne hanc invaderet, ivit ei in occursum,  
nec credere volens asserenti, se nil contra Josiam  
aut iudeam moliri, aciem contra illum instru-  
xit, in qua dum audacius & incavilis prælia-  
tur, à sagittariis confixus occubuit in campo  
Mageddo, unde in jerusalem translatum se-  
tierunt in patrum suorum mausoleo; mor-  
tuum que dolens luxit nonnullus universus,  
sed præ omnibus jeremias ejus obitum est  
posthumè lamentans.

In diebus ejus ascendit  
Pharao, &c. Deo hanc Josiae occasionem per-  
mittente, qua adversitatem experiretur; timuit  
enim, et si immerito, sibi illum insidiari: sic per-  
sæpe nobis ipsis occasionem afflictionum vanè  
assumimus, cum eham directe à Deo immisas  
patienter ac gaudenter sustinere deberemus, cor  
nostrum dilatantes, & imperhribiliter ani-  
mi acquirentes ex eo, quod condigne non sint  
huius temporis passiones ad gloriam futuram  
recte Josias in occursum ejus, bono, populi  
Abiit

234. defendendi animo ab invasione quam sus-  
picabatur ex Pharaonis transihi per iudeam:  
laudanda in hoc ejus vigilancia ac præcau<sup>h</sup>io  
quod suspectis principis obstet, quod tamen in  
omnibus eo præstandum est moderamine, ut eva-  
dere cupientes charibdim, vitemus & scyllam  
incautis imminensem.

Noluit Josias reverti --  
verum perrexit ut dimicaret, non credens Pha-  
raoni sibi pacem profienti, nimium que pro-  
prio fidens iudicio, cum saltem debuisse prius  
deum de more consuluisse. ut Cajetanus ad-  
verhit: ut & nos discamus temetas suspicio-  
nes, aut iudicia cavere, quibus vanè ut plu-  
rimum decipimur, ac noxiè.

<sup>ibi</sup> que vulne-  
ratus est à sagittariis. S. Justinus Q. 89. ad  
Orthodoxos docet, Josiam, ideo occisum, quia  
jeremie moneret, ne se Pharaoni opponeret,  
non acquieceret: qui enim majorum detrecta-  
tur amplecti consilia, dampna sibi desper-  
nitente accelerat, qua obediens forte ex fo-  
to evasisset.

Mortuus que est, & sepultus,

235.

quia dilecta erat Deo anima Iosiae, prope-  
ratit eum educere de medio iniquitatem,  
ne videret mala genitis sue, indeque regni  
templique excidium; atque ut primum à  
peccatis cum Deo ex hac vita eriperet, in  
eo temeritatis pœnam voluit luere, quod vi-  
olenta morte interiret, ut supra schiz. s.  
Iustinus: ubi & Dei cluet in servos suos mi-  
sericordia, sed & simul recta iustitia

Su-

xerunt eum morte sibi erephum regem pi-  
issimum, cui filius joachaz successit, qui  
tribus tanhim regnavit mensibus idola co-  
lens, patrem minime imitans: pro quo &  
quior luctus fuisset cum David, quod non  
custodiant peccatores legem Dei; Josias quip-  
pe in refrigerio iustorum est, sed joachaz  
pessima peccatorum morte correphis aeternis  
ardet ignibus: haec iusta unica doloris ~~pœna~~  
cause, quod lex Dei non observehir; & tam  
subito peccatores ad inferna descendant  
Josiam in multis typum Christi lege  
apud Corin: a lapide 4. Reg: 23.

Ca-

# Capit<sup>o</sup> XIV.

L. 4. Regum) Jehu (Cap: 9. & 10.

Fuit Jehu decimus regum israel seu decem tribuum, tempore quidem Josiae anterior, sed nobis narrationis ordine posterior, eo quod duos ex regum serie descripsi, regem iudea, ac prius maluerimus praesigere regi israel impio; consulto tamen utrumque proponentes, Josiam imitatione, Jehu cautione, unum & alterum copiosæ morum directioni.

J. I. Jehu unctionur Rex (Cap: 9.

Textus: Videbis Iehu filium Josaphat filii Ahamsi, tenensque lenticulam olei, fundes super caput ejus ... fudit oleum super caput ejus, et ait: 'Hec dicit dominus: vinci te regem super populum domini Israel. & percutes dominum Achab domini tui.' V. 2. 3. 6. 7.

Iehu filius Josaphat jam pridem in regem a deo destinatus, ab Elia, quo ualde ostendebatur in regnum eius, quasi in futuri regni israel prognosticum, & in regem vincitur est, iuxta 3. Reg: 19. 16. prænuntiabitur postea, quam regni collativa unctione, ut censem apud Cornel: non

237.

non parci: nunc verò pessu Eliæi prophœtæ ab uno de pueris prophetarum, ad id cū oleo misso, ungitur rex israel in Ramoth-galaad levitica atque refugii civitate, precipiisque, vindictam sumere de domo Achab, atque ideo, ne scilicet anticipata exsurgeret secessio ex iohanni aseclis, secreto unctus est in interiori cubiculo, aufugiente statim inde puer illo ab Eliæo Delegato.

Videbis Iehu filium Josaphat, en specialis designatio Iehu de medio ceterorum, ut ipse regnet, non alii: in quo Divina nobis indicatur præelectio, qua ex multis, iudicio nostro aequalibus, unum præ aliis prævenit suis benedictionibus, hunc assumentem, illum relinquendo prout vult: ubi solum timenda conspicuntur, sed minime scrutabilia dei nostri iudicia.

Tenensque lenticulam olei, fundes: ex quo ungendi modo eruere possumus, quo pacto & nos spiritualia dei dona in alios valeamus diffundere; ipsa præsuavitate ac lenitate, oleum sunt mysticum, quod cum in vasis geramus sibiibus, sic et illud in

238. in proximos expendere debemus, ut ipsa vasa  
seit animas nostras, ab ~~esse~~ fracione servemus  
hinc dicitur: tenens lenticulam, fundes oleum,

<sup>Fudit</sup>  
oleum super caput ejus: oleum medicinale  
est liquidum, quod spiritualiter aliorum capi-  
ti infundimus dum recta consilia alteris damus,  
errantes leniter corrigimus, dissidentes pacifica-  
mus, aut quævis charitatis officia in animarum  
medelam præstamus, ut præcipue decet agere  
prælatos, reges, & quicunque sibi subditos ha-  
gent. ♦

Hæc dicit Dñs: uox te regem, & non  
enim ab hominibus, sed à Deo ipso dantur ho-  
nores, ac dignitates; ut, qui eis ponuntur, Deum  
omnis boni agnoscant ductorem, per quem re-  
ges regnant, ac subditi quoque eo magis suos  
revereantur prælatos, quò certius sibi à  
Deo resciunt præpositos. ♦

Percuties domum  
Achab domini sui: Qui enim mundo viden-  
tur inferiores, in oculis Dei, cuius longè aliae  
sunt cogitationes, & viæ, sunt, & constituiun-  
tur superiores, & aliorum iudices; ut nemo  
de presenti dignitate præsumat, de cuius sum-  
mi-

mitate dilabi potest aut detinendi, alio ascen-<sup>239.</sup>  
dente; ut ipsa mundi rerum ferae inconstans  
volubilitas.

## §. II. iehu dissimulat se regem esse

**Textus:** *Dixerunt ei: cuius venit insanus iste ad te. Qui  
a  
autem eis: nos huius hominem, & quid locutus sit. At illi dixe-  
runt: falsum est, sed magis narrat nobis. Testinaverunt  
itaque, & utiusque tollens pallium suum posse-  
runt sui pedionis ejus in similitudinem tribunalis. ibid:  
v. 11. 12. 13.*

Cum iehu secretò unctus fuisset iussu Elisei  
prophetæ, novum quid suspicati cœteri prin-  
cipes homines que militares, ab eo quid rei  
esset sciicitanter prophetam contemnentes,  
insanum, ac fanaticum vocantes; quibus  
iehu: nos huius hominem, & quid locutus sit:  
quasi diceret: nos huius cum insanum esse, ac  
principis insanam locutum, ideoque non creden-  
da, nec à me enarranda: quia iehu dixit dis-  
simulare pro hinc volens se unctum regem,  
ne id fassus periculum incureret contrariae  
alicuius seditionis ex parte jorami sui co-  
petitoris: his tamen non acquievit populus,  
sed denuo instant omnes, ut sibi veritatem a-  
periat; qua tandem ex ore iehu intellecta;

240. cum ut regem sunt prosecuti, regios que  
illi, vestibus stratis, debiderunt honores com-  
muni acclamacione: regnavit iehu, seu, quod  
idem sonabat: rex noster est iehu

Quid ve-  
nit insanus iste, ita prophetam illouint  
idolatrie idololatrie, ut & quod hodie in hoc  
mundo cernimus, & perversis pios insanis  
argui; verbi Dei praecones diceris affici, di-  
vine gloriae zelatores opproboris propulsari,  
& quid mirum, si Christus brucifixus  
Iudeis scandalum, genibus stultitia exhibit?  
Quare omnino contemnda mundanorum ju-  
dicia, qui puniendo errore bonum vocant  
malum, & malum bonum

Nostri hominem,  
ex prudentia iehu dissimilat, ne graviora  
sequanhur incomoda; sic quandoque ex-  
pedit specialia Dei dona ad tempus occul-  
tare, ne quod datur in edificationem, ni-  
mia precipitate despat in perditionem  
Unde & S. Gregorius monet, ut opus bonum  
ita fiat in publico, ut intentio maneat in  
occulto

Sed

Sed magis narrā nobis: ad veritatem in-  
dagandām, humilis dēservit instantia, quā  
quis verissima disciplinæ concupiscentia à  
peritis & piis inquirit quæ sibi scitu neces-  
saria sunt econtra verò dētestabili sciendi cu-  
piditate, vel saltem culpabili curiositate,  
indagant alii, quæ sibi ignorasse profūset,  
quorum scientia infat, vel quod peius est,  
innocētiā deturpat.

Festinarunt itaque &c.  
Namirum ad vocem prophetæ, quam a Iehu  
audierant principes ac milites, divini his ex-  
citati regnum ei dehulerunt: quia divinæ  
motionis talis efficacia est ac tanha, ut subi-  
to quocumque velit corda inclinet: ea ta-  
men cognita, festinanter execundum bonū  
ad quod inclinat, ne lumini rebelles in poste-  
rum relinguamur secuhiri desideria so-  
lius cordis nostri, quod ab adolescentia ad  
malum prouum est.

Posuerunt sub pedibus  
eius: quæ cæmonia denotat pedibus cal-  
candas divinas, mundanaque ornamenta  
præ-

242. præcipue à regionis & potentibus, quibus,  
cum affluant, majus periculum imminet cor-  
dis apponendi, qua propter & Deus constituer  
hominem super opera manuum suarum, on-  
nia subjecit sub pedibus ejus, ne possent ad cor  
ascendere, & suo pondere cordis in Deum as-  
censiones impeditire.

**§. III. Iehu vindex Dei. cap: 9. vñ. 22.**

**Textus:** Adhuc fornicationes Jeザabel matris tue, & beneficia  
ejus multæ vigent. Converhit autem joram manum suam,  
& fugiens ait ad Ochoziam: insidie Ochozia. Porro jehu  
tenoit arcum suum, & percussit joram... statimque corruit  
tolle & proice in agrum... etiam hunc percutite... precipi-  
tate eam deorsum. sermo Domini est. v. 22. 23. 24. 25. 27.  
23. 36.

Iehu ergo rex factus perrexit in Iezrael, ubi  
joram ægrotabat ei que Ochozias invisebat,  
qui, cognito perspicillatore jehu adventu,  
nuncios miserunt in hujus occursum, qui  
cum non reverterentur, egressi sunt joram &  
Ochozias in curribus suis, inveneruntque je-  
hu in agro Naboth Iezraelite, à quo cognos-  
serunt sibi Dei nomine vindictam parari,  
sed aufugiens uterque occisus est; joram iechu  
sagittæ intima penetrans, Ochozias lœphali  
percussione, qui tamen consuetam oblinuit se.

sepulchram, non item Ioram, cui Iehu præcipiente, ager pro sepulchro fuit. Progrediebatur Iehu aliam nomine dei vindictam sumpsit de Iezabel, quam ex alta prospicien tem fenestra iussit præcipitari, quæque illico ab equis concinata, & disrupta canum esca erasit iuxta Eliæ propheticam 93. Reg: 21.

Adhuc fornicationes Iezabel matris hæc, & vigent; ubi fornicationis nomine ac veneficiorum, scelera omnia idolatriæ & magia, quas Iezabel exercuerat, intelliguntur: sunt utique crimina, quæ in cœlum clamantia dicuntur, quorum à Deo sumi solet in ipsos etiam peccatum posteros vindicta, quasi hæc, præ delictorum gravitate, non valeat ad equare in unico explere objecto.

**&** **huius** ait ad Ochoziam: insidiae, sed intrassu fugit jam imminens divine justitie flagellum, qui tam audacter se illi, peccando, subjecit: nemo enim est (job teste) qui de manu Dei possit erubere: unde sequitur:

**Porro** Iehu tendit arcum suum, & percussit Ioram sagittâ nempe, cuius infertendo velocitas

244. induratis peccatoribus divinam minatur vin-  
dictam accelerandam, ni quanto<sup>que</sup>cius resi-  
picant, non ab ea fugiendo, sed animum à  
vitiis convertendo; imo illam iustam confiten-  
tes misericordiam humiliter implorando con-  
fritis & humiliatis certò concedendam; uti e-  
nim sagitta non ferit molliæ, sic & corda  
confitione emollita non lœdet justitiae divi-  
næ jacula.

Tolle, & projice in agrum, ipsa  
indignum sepulchra corporis, quod animæ  
Deo rebellis fierat receptaculum: terra e-  
nam mibis promittitur; immixtus autem  
aer potius debetur, in quo procellosæ formâ-  
tur agitationes & caulis tempestatum, qui-  
bus abundè scatet impiorum cor inqui-  
tum.

Etiam hunc percutile: Ochoziam sci-  
licet Achab nepotem, cuius tota domus Deo  
vindice exterminanda erat; latetq[ue] in idē  
Ochozias in Samaria ex 2. Paral: 22: 7. 9.  
sed inde ad iehu adductus, percussus est &  
in Mageddo paulo post mortuus Dei ultiōne  
irresistibili, quo si differatur quandoque  
ad resipiscētiā, nūquam tamen eludi-  
tur

tur.

Præcipitate eam deorsum, Iezabel utique, quæ superba animositate mortem videbatur contemnere; ubi patet Dei iudicio propriam cuique peccato infligi pœnam, ut elati pereant præcipitati, & qui sursum se attollunt ignobili ruina deorsum debrudantur, ut sequaces Luciferi, qui alhissimum cœli locum sibi arrogans, rapido casu infimum averni occupavit concavum.

Sermo

Dñi est: prædicta nempe Dei vindicta, quam Iehu velut merum exequebatur instrumentum: quis ergo non timabit Deum regem gentium, cui pareret omne quod voluerit, & cuius minarum effectis nemo valet evaderé, nec sermones falsificari: memoremur ergo sermonem illum: nisi penitentiam egeritis simul omnes peribitis. *Luc:13.*

#### S. IV. Ultro Iehu Dei injurias vindicat

Cap:10. usque ad V. 48. et cetera:

**Textus:** Tollite capita filiorum Dñi vestri ... & miserunt ad eum in Iezrahel. - videte ergo nunc quoniam non cedit de sermonibus Dñi in terram ... & percussit omnes, qui reliqui fuerant de Achab in Samaria usque ad iunum! *V. 6. 7. 10. 17.*

Mis.

246. Missis iehu litteris ad primates Samariæ, septuaginta filios Achab necari, eorumque capita sibi in Jezrahel transmitti fecit, & habita populo in terrorem ostendit; inde pergens in Samariam obvios sibi quadraginta duos principes iuda, filios fratrum Ochozia, in via jugulavit. Dein obvium quoque habens Jonadab filium Rechab (à quo Rechabitæ habent originem) eum, data dextra, sibi in socium assumpsit, ac cum eo ingressus Samariam, totam deinceps domum, progeniem, ac stirpem Achab delevit, ac radicitus extirpavit.

Tollite capita filiorum Dñi vestri, id jussu Dei mandavit iehu, et si multi occidendi essent cum nocentibus innocentibus, quos tamen omnes voluit Deus perire, quia nocentissimi Achab erant filii, adgitos justa dispositione protrahitur pena parentum, ut qui præmiorum vicissim solent esse particeps miserunt ad eum in

in iezrahel, obedienter justitiam execu-<sup>247.</sup>  
ti, ut omnes justitiae ministri præstare te-  
nentur, quorum non est iussu examinare,  
quod perhinet ad iudices, sed fortiter ea  
executioni mandare, quæ sibi evidenter  
non videntur injustæ; secus facientes ipsi  
justitiae derogant, seseque reos constituant.

Vi-  
dete ergo nunc, &c. Sapienter iehu toti po-  
pulo propalat sumptam Dei iussu vin-  
dictam: expedit namque sceleratos publi-  
cas scelerum pœnas luere, ut cœteri terro-  
re concepto sibi caveant, ab iis que sedu-  
lò abstineant, quibus practice vident im-  
minere respondentia supplicia.

Non ce-  
cidit de sermonibus Domini in terram,  
omnia quæ jussit Dominus, sunt expletæ,  
cuius profectio, velit-nolit homo, voluntas  
fiet in omnibus, ut illi nos voluntati sem-  
per conformes exhibeamus, ne, & hujus co-  
formitatis amittamus meritum, & execu-  
tio-

248. tōnis fūnēshūm experiamur effectū  
percuſſit qui reliqui fierant... usq[ue] ad u-  
num, ut Aca[bi] nullū remaneret vel chām  
memoria. Pariter nobis cum vītis pug-  
nandum, ita ut ne minimæ eorum post-  
existat reliquiae, vi quarum præterita  
reviviscunt delicta, & fortiori ut repe-  
rita, innovantur malitia.

§.v. jehu conterit idola, indeque à  
Deo præmiū recipit

*Ibid.*  
Textus: Achab coluit Baal parum, ego autem colam  
eum amplius... Porro jehu faciebat hoc insidiose...  
ingredimini, percutite eos, nullus evadat... Destru-  
xerunt quoque ædem Baal... Dixit autem Dm[u]s ad  
jehu: quia bl[es]tiose egisti quod rectum erat... sibi hui  
usque ad quartam generationem sedebunt super  
thrōnum israel. ¶ 18. 19. 25. 27. 30.

Destructis jehu omnibus, & velut eradicati  
que ad Achab pertinebant, ad idola  
quoque penitentia delenda Deo move[n]te  
se convertit; unde sacerdotes omnes, pro-  
phetas, & cultores Baal, callide simula-  
to sacrificio ex universo israel, convo-  
cans in templum Baal, inibi ad unum  
om-

nes per occulū paratos ministros truci-  
davit, statuas Baal combussit, templum  
destruxit, atque ex eo publicas latrinas  
fecit: propter que omnia à Lñō Deo lau-  
datus, promissionem accepit, filios nos  
regnaturos super Israel usque ad quar-  
tam generationem, ut i eventis comproba-  
vit; nam jehu regnavit 28. annis, ei que suc-  
cessit filius joachas per 17. annos, huic filius  
joas per 16. mox filius jerobeam, per 41, tan-  
demque hujus filius Zacharias per sex men-  
ses.

Achab coluit Baal parū, ego autem  
colam eum amplius: in qua simulatione alii  
accusant cum Augustino, alii cum Hierony-  
mo excusant jehū à mendacio pernicioso;  
pauci tamen etiam ab officioso, ni prorsus  
ex invincibili ignorantia judicasset sibi pro-  
hinc sibi simulationem tam licere: ubi  
advertisendum nobis est, nec pro mundi foliis  
salute licet esse vel minimum mendaci-  
um.

Porro jehu faciebat hoc insidiosè, no-  
lens utique idolis sacrificare, nec sacrificari,  
sed

260. sed unicè idolorum cultores omnes congre-  
gare, ut facilius eos contereret: finis plus  
fuit, sed medium periculoseum, quod pror-  
sus ponendum non est, etiam ad fines utilis-  
simos, ad quæ Deo prouidente, media quoque  
non decrunt licita. Ejus gloriae zelatori  
patienter exquirienti.

In greedimini & percui-  
tite eos, nullus evadat, ut exigit recta iusti-  
tia nulli reo parcens perindici; sic & rechi-  
or iustitia Divina, ad quam tanta pre-  
cesserat misericordia, in die iudicii dæmo-  
nibus tradet impenitentes peccatores in  
unum congregatos, nulli dato evadendi  
loco; sed ut zizania alligati infascicu-  
los in infernum conjiciens aeternum com-  
burendi.

Destruxerunt quoque ædem Baal,  
cujus loco latrinas constituerunt, ut ubi  
tot peractæ fuerant abominationes, vilis-  
simis in posterum inserviret usibus cul-  
tus detestandi rememorativis: sic & animæ  
peccatis pollutiæ conveniens respondebit  
re-

rememoratius conscientiae remorsus, immortali delictorum vermi foyendus. 257.

Quia studiosè egisti; &c. verè fideliū remunerat or animarum. Deus Iehu gesta compensat pro trachis honoribus, ut, qui Dei honorem adeò fuerat zelatus, in honore quoque esset constitutus: ly studiosè, denotat præmium promitti, non ut cumque recta operantibus, sed exactè, intensè, ac diligenter Dei præcepta adimplentibus.

**S.VI. Iehu prævaricans punitur.**

*Ibid: à N. 31.*

**Textus:** Porro Iehu non custodivit ut ambularet in lege Dñi Dei Israel in toto corde suo: non enim recessit à peccatis seroboam.. in diebus illis capit Dñus bedere super israel, percussit que eos Hazael in universis finibus israel.. & dormivit Iehu cum patribus suis *ibid: à N. 31. 32. 33.*

Deletis Iehu, ut dictum est, idolis propriæ non consuluit salvi, simili cum cæteris regibus israel cœxitate perseverans ipse in cultu idolorum: causa (aut hic Cornelius à Lapide) fuit polihæca, quod mehierent, ne

252. ne si rediret populus ad Deum adorandum in ierusalem, rediret pariter ad stirpem Davidis: vanè tamen, & impie id timebant, Dei opposite promissioni non fidentes: quare, ipso Deo vindice, cum suis posteris tandem excisi sunt; atque iehu idolatriam punivit Deus per Hazael regem syriae invadentem terram israel; moribusq; iehu in Samaria reputatus est, & regnavit pro eo joachaz filius ejus, cuius tempore miser status israelis fuit, orans tamen, restorationem profili sui joas tempore impetravit.

Porro iehu non custodivit, &c. non recedens à peccatis, & falso cultu vitulorum aureorum: aliis prædicavit, & ipse reprobus effectus est: quod maximè cavendū omnibus alias gloriæ Dei zelo laborantibus, ne ita aliorum saluti consulant, ut proprie debimenum incurvant; prius sibi, dein aliis attendendum, cuius ordinem nobis Christus ipse manifestavit incipiens facere, & docere.

cere~

Non enim recessit à peccatis Jeroboam,  
pervertens iterum Divinæ legis ordinem, qua-  
prius declinare à malo iubemur, ut postea bo-  
nun faciamus: quare viam mandatorum Dei  
currere volentibus prius auferendum oppro-  
bitum & contemptum Dei, mundandus à tæ-  
dio sotius animus, purganda à peccatis a-  
nima, omnis que via iniquitatis amoven-  
da.

In diebus illis cœpit Dñs fœdere super  
israel, duritiam jehu castigans, qui zeli  
fuerat remuneratus: Deus namque ex æ-  
quissima justitia, & mortificat, & vivificat,  
præmia & pœnas unicuique retribuens se-  
cundum opera ejus; & ut jehu ad tempus  
bene operanti præmium dedit temporale;  
sic, ut ipse, finaliter impenitentibus justè  
pœnam infligit æternam.

Percussit que eos  
Hazaël, urbes cremando, iuvenes occidendo,  
parvulos elidendo, prægnantes dissecando,  
ut ab Eliseo prædictum fuerat 4. Reg: 8. v. 12.  
atque hoc pacto universus populus pœnas  
da-

daret idololatriæ, cui adeò proclivis exconsue-  
tudine remansit, ut & jehu in ea confirmatis  
sit: unde habetur Osee 7. revelata est iniquitas  
Ephraim (seu tribuum jehu, quoniam caput qua-  
rum caput erat Ephraim) in malitia sua la-  
tificaverunt regem.. omnes adulterantes qua-  
si clibanus succensus à coquente, &

& dormi-  
vit jehu cum patribus suis, somno mortis  
dormivit nunquam ad vicendum. Deum oculos  
aperitus, qui veritati eisdem occluserat;  
idem accidet iis omnibus, maxime qui post  
veritatis acceptam nolitam voluntarie in-  
peccata probabuntur, quibus jam non da-  
tur pro peccatis hostia, sed terribilis ma-  
net expectatio iudicii.

Mic nobis finis educendorum ex libris  
Regum, quorum omnium historias vel atti-  
gisse, prater nostrum fuisse intentum, no-  
bis per otium videnda, quin & ex professo  
legenda, ac gustanda relinquimus apud  
veros Sacramum litterarum interpretes,  
qui, pro his libris, præcipui sunt: S. Augus-  
tinus, S. Eucherius, vel (ut vult Bellarmius)

Alius sub ejus nomine, Ven: Beda, Angelo-<sup>255.</sup>  
mus, Syrus, Hugo, Abulensis, Cajetanus  
Velabius, Franc: Mendosa, Corn: à Lapide,  
Gaspar Sanchez, Nicolaus Serarius, &c.

## Caput XV.

### Ezdras ~

(Ezdræ lib: 1.)

§. I. Quis Ezdras? §. I. cap: 7.

Textus: Ezdras filius Saraiæ, filii Azariæ, filii Helcioæ.  
Ipse Ezdras ascendit de Babylone, & ipse scribā ve-  
loꝝ in lege Moysi ... Ezdras enim paravit corsu-  
um, ut investigaret legem Dñi, & faceret & doce-  
ret in Israël præceptum & iudicium N. 1. 6-10.

Ezdras filius fuit Saraiæ summi pontificis  
qui in excidio Jerusalen occisus est à Nabu-  
chodonosor anno 11. sedecimæ; frater Josedec,  
qui fuit pontifex in captivitate; fuit Ezdras  
non modo historiographus, sed & propheta  
Divino afflatis instinctu, his Historia eo  
tempore configit, quo finitis 70 annis capi-  
vitatis, iudei ē Babylone per Cyrus per-  
sarum regem liberti sunt, continet que  
variorum gesta; ipsius tamen soliis hic  
innuere duximus opera, ut nos h̄o ap̄iora  
in-

256. intento, reliqua brevitate fasciculi obstricti  
omittentes. Ut ergo Esdras à deo ad grandia  
destinabatur, sedulò se paravit, ac legis in-  
telligentiae & observantiae <sup>et</sup> se totum dedit, ut verbo, scripto,  
& exemplo in israel prælinceret.

Esdras fi-  
lius Saraiæ & Pontificali progenie oriun-  
dus Esdras exponitur, ut et ejus in eo reli-  
gio nobis præsignetur: vanitas enim est  
de stirpe gloriari, nisi nobilitas in vera  
pietate fundetur; quid proberit in futu-  
ro seculo temporalis celsitudine originis, ni  
inde dimanarit præclarior excellētia  
virūtis, quæ sola prosapias valet illus-  
trare?

Esdras ascendit è babilone, in Je-  
rusalem; de loco confusionis in regnum  
pacis: hic primus est viæ spiritualis gres-  
sus, ut ab impietatis receđatur confusione,  
qua impii velut servens mare non pos-  
sunt quiescere, præ flumum inordinata  
commotione; ubi flunt & refluent vixia  
se muto rapida successione confoventia:

ab hoc recedamus procelloso pelago, ut pa-<sup>257</sup>  
cis viam ingrediamur, & totius prosperi-  
tatis.

& ipse scriba velox in lege, laudan-  
da prorsus Scriptorum diligentia, si tamē  
in lege versantur, hoc est, si pia & utilia  
tractaverint, in quibus legendis nullum le-  
gis observationi lateat detrimentum, sed  
potius ea erui possint, quibus & intellectus  
veritate illustrehur, & voluntas in bono con-  
firmetur.

Paravit cor suum, utique ad sa-  
cra exercenda ministeria, suum prius mi-  
nister debet disponere animum, nec enim  
fructum facere in aliis valeat, qui fructuo-  
sam in se non planbaverit radicem, non a-  
lios ad Deum convertet, qui se primum no  
convertit, neque filios spiritualiter procre-  
abit, cuius vnlva cordis manet infecunda,  
& operum ubera arenaria.

ut investigaret le-  
gem Dñi & faceret, & doceret, tria hic eluent  
apostolici viri munera: t. in lege meditari o-  
ratio-

258. rationis studio, mox boni operis prouidere exemplo; tandem que alios instruere verbi sacri praeconio: per primum se ipsum disponit & aphim reddit; ex secundo necessariam apud alios famam acquirit; ac per tercium verbi Dei semina per proximorum animas spargit, sibi & doctrinæ attendens, ex mentito Apostoli; unde faciens & docens magnus evadit clam vocandis in regno celorum.

S. II. Esdras iudeorum visibator constituitur. cap: 7. à N. 14. & cap: 8.

*Textus:* Missus es, ut visites iudeam, & iherusalem in lege dei tui, que est in manu tua ... quantumcumque necesse est, ut expendas dabitur de thesauro, & de fisco regis... omne quod ad ritum dei caliperi net, tribuatur diligenter... Tu autem Esdras constitue judices & presides ut iudicent... sed & imperitos doce libere. N. 14. 20. 23. 25.

ut ergo Esdras Deo movente se disposuerat, apudque aliis regendis reddiderat, gratiam regis Artaxerxis sibi aptè conciliavit, ab eo que, ut iherusalem restaurarehir, postulavit, et regias impetravit litteras ample licentiae ac magna libertatis & potestatis; vasorum item dona

dona que auri & argenti plurima: hinc i<sup>a</sup> 259.  
die Martii cœpit congregare iudeos juxta  
fluvium Phœnac, ubi peracto triduano jeju-  
nio, ac oratione ad Deum, ut dux sibi esset ili-  
neris, cum sociis 1775. iter ingressus, die 12.  
Martii, prosperè pervenit in ierusalem, i<sup>a</sup>  
julii, cuius die 4<sup>a</sup> vasæ ac dona secum al-  
lata in templo sacerdotibus eradiciderunt,  
& victimas Deo obtulerunt, ut latè refertur hic  
Ezdræ 1. cap: 8.

Missus es, ut visites iudeam,  
dixit Ezdræ rex in patenhiis litteris, factis  
jam supponens assignationem à se, suisque  
consiliariis: expedit enim plurimum subdi-  
tis, etiam ad perfectiora motis, opera, superio-  
rum prestolari designationem, ratione cuius  
& ea securius suscipiunt, & felicius exequuntur.

In lege Dei tui, id est juxta legem Dei  
tui, ut nempe videret Ezdras an populus le-  
gem observaret. Sic, qui multis præsunt, si  
perse subditos omnes non possint immedia-  
te regere, substitutos debent & visitatores cons-  
titue-

titiere, qui mores examinent, emendanda corrigant, prolapsa reparent, veterata renoverent, cuncta que ad observantiam ducentia constitutae <sup>con</sup>solicite curerent, disponerent, stabili-  
liat.

Gabitur de thesauro: bonus hic ac  
pius est thesauri usus, tunc his sane poten-  
tibus imitandus, ut scilicet impendatur in  
alendis Dei & Ecclesiae ministris, promoven-  
dis apostolicis excursionibus, templis re-  
parandis, sublevandis pauperibus: quæ qui  
faciunt, thesaurum non minuerint, sed accres-  
cent, quorum dona stabilita sunt in Do-  
mino cœnoplum reddente, & vitam æter-  
nam promittente.

Omne quod ad cultum  
Dei cœli pertinet, tribuatur diligenter,  
o: uinam hoc ubique observare hir, ut de-  
bita diligentia, quæ ad cultum Dei faciunt,  
tribuerent hir, ut deceat tantum nimen ho-  
norari, sed etiam Regum, ac Potentiarum  
palatia videmus copioso concursu affluen-  
tia, templo vero Dei penè deserita; auro  
&

267.

& bisso mundani vesciuntur, at Altaria sa-  
cra permodico, ni dicam vili, aptantur orna-  
tum: quare, iis maxime, quibus incumbit curan-  
dum, ut omnia tribuantur diligenter, divitiis  
vero omnibus, ut ad id clementinis, piisque do-  
nationibus concurrent.

Constitue iudices & pre-  
sides, in quorum nominatione maxima re-  
quiritur delectio, quam minime dirigat hu-  
manus affectus, sed publici boni zelus; unde  
additur, ut iudicent, seu iusta decernant, ad  
quod & eligendi apertudo, & regendorum respec-  
tiva necessitas constituentis attendenda.

Sed  
& imperitos docete libere, : haec libertas præ-  
latis omnibus necessariο indumento, ne huma-  
no detenti timore, debitis omittant reprehen-  
siones, ac puniūce iustitiae æquitatem: que  
omissio in iudicii die severe illis exprobra-  
bitur, tanquam rationem pro subditorum  
animabus reddituris.

J.

## S. III. Orat Esdras pro populo. cap: 9.

*Textus: Non est separatus populus israel à populis terra-  
rum, scđ abominationibus eorum.. Cum que audiens  
sermonem istum, scđ pallium meum ... & sedi mœrens.  
expandi manus meas ad Dñm ... confundor & erubesco  
... delicta nostra creverunt usque ad calum ... Eue coram  
te sumus in delicto nost' o. v. 1. 3. 5. 6. 15.*

Postquam Esdras in ierusalem pervenisset,  
quæque dicuntur cap: 8. ejus libri complevisset,  
accesserunt principes, israelitas accusantes, quod  
post summum in urbem ingressum alienis permix-  
ti sint uxorijs, proprias ~~et ad te prepeditum  
et ad te prepeditum~~ labore itineris defada-  
tas relinquentes, & filias extraneorum contra-  
legem sibi copulant̄: quo Esdras audito, sci-  
dit vestimenta sua præ admiratione, et dolore,  
supplex que oravit dominum, ut populier-  
anh̄ miserereetur; conversus vero ad popu-  
lum, hunc redarguit, & accepta à deo reme-  
morat tot beneficia, ut suad̄ ingratiudinem  
agnoscentes divinam placarent iram, quam  
ut evaderent, enīc īpse demecabatur oratio-  
nibus & lachrymis. *Non est separatis popu-  
lis israel, &c ubi occasionum peccandi fu-  
ga*

ga commendatur: erat iudæis occasio abomi-<sup>263.</sup>  
nationum communicatio cum Chananeis, Hethæ-  
is, &c; & quia ab his non recesserunt, nec eorum  
abominationes reliquerunt: unde experientia  
docet, à peccatis non cessare, qui nota peccato-  
rum pericula non sat agunt evitare.

pallium meum .. & sedi mænen<sup>s</sup>; effectus est  
ardentis zeli animarum, ut Davidi accidit  
Ps:118. ad Deum dicendi: ex his aquarum de-  
duxerunt oculi mei, quia non custodierunt le-  
gem lucam: iusti sanè non propria tankū,  
sed aliena deflent peccata, ut qui Dei gloria  
semper exquirunt, cum quoquo modo offen-  
sum maximo dolore deplorant.

expandi ma-  
nus meas ad Dominum, iuvat Esdras ora-  
tionibus populum suum, quod primum &  
maximum est medium peccatores converten-  
di, & Deum placandi; ut oratione cœlos pene-  
trante descendat misericordia, & claritatis  
radix errantium corda illuminet, & veros  
ingerat necessariæ ad veniam contritionis  
effectus ~

Con-

264. Confundor, & erubesco: proprium confusionis  
ruborisque motuum sunt peccata, & maxi-  
mè luxuriosa, quæ & merè naturalem excitat  
ruborem coram hominibus: verùm coram Deo  
sicut job erubescendum, & mundi delicta pavé-  
dum, atque cum David tabescendum, ut con-  
fusio proficiat de salutem propriam & alie-  
nam.

Delicta nostra creverunt usque ad calū,  
humiss est exemplar confessionis, qua pecca-  
ta, ut sunt, oportet fateri, nequaquam minui,  
sed potius consideratione exaggerari, si quid  
forte concipi potest ultra infinitatem dívi-  
næ offensæ, ut corde contrito & humiliá-  
to, certius à Deo via delictum impe-  
tretur, qui suam humilibus dat grallam.

Ecce.  
coram te sumus in delicto: reos nos tibi  
sistimus delicti gravissimi, quod negare,  
aut excusare non possumus: optimæ prorsus  
via ad veniam impenitentiam sui ipsius  
accusatio, qua usi David, Magdalena, ali-  
ique innumeri iustificati sunt à Deo, qui  
penitentia potius placatur, quam aliis sa-  
crifi-

265.

crisiis; in illa quippe nos ipsos Deo offerimus,  
et immolamus, in his autem ut plurimum  
nostra ~

**¶. IV. Esdras populum mouet ad paenitentiam.** Cap: 10.

**Textus:** Sic ergo orante Esdras, & implorante eo, & flente,  
& jacente ante templum Dei, collectus est ad eum  
de israel catus grandis nimis... & elevit populus  
sicut multo. & respondit Sechenias... & nunc si est  
paenitentia in israel super hoc percutiamus sedus  
cum Dño, ut projiciamus universas uxores. V. 1-2-3.

Cum itaque, ut diximus, oraret enim ex Esdras  
pro populo, adeò ut ejus peccata in se susci-  
peret, se que pro illis victimam Deo offerret.  
(in eo ap̄hus Christi Dñi typus) cupiebat hoc  
pacto populum ipsum ad peccatorum pa-  
nitentiam impellere; ipse enim non suum,  
sed populi nunc deflebat ac confitebatur pec-  
catum, ita ut jacentis ante templum gemi-  
tis, & voces ab omni populo circumfuso au-  
diren̄tur: unde tanto exemplo populum il-  
lum commovit ad ingenitum silem, qui lau-  
dandæ infra paenitentiae felix exstitit princi-  
pium, ita ut de mediis ad emendationem jam  
coperint cogitare, & inquirere. Sic

Sic ergo orante Edra... & jacentे ante tem-  
plum, ubi se Deo pro peccatis populi offerebat.  
O! verus Christi Redemptoris imitator, & per-  
fecta boni Pastoris idæa, cuius est pro ovi-  
bus animam ponere: quod si non detur tanto  
charitatis ardore zelo, ponamus tamen con-  
tum omnem, nec sudoribus parcamus aut la-  
boribus ad proximorum animas Deo nostro re-  
ducendas.

Collectus est ad eum. cælus grandis,  
attritus novitate eorum quæ in Edra vi-  
debant: ut qui volunt infideles alios que pec-  
catores ad suum gremium reducere conve-  
tendos, noverint potius lachrymis ad Deum  
suis, exemplis que humilitatis id p̄ se esse per-  
fecturos, quam humana vi, aut arrogan-  
tia, aut præcipitatione indiscreta.

& fle-  
vit populus fletu multo: haec vis boni ex-  
empli, ut quæ verborum sonitu, exhortationi-  
bus, increpationibus, aut rationibus clam  
perefficacibus vix concionatores consequun-  
tur, ea facile & absque strepitu assequuntur,  
ac devincit mūnum exemplum, suaviter si-  
mul

267.

mul & fortiter commovens, ac convincens in-  
tuentium animos.

*Si est pænitentia in Israhel su-*  
*per hoc, percuhiamus fædus cum dñō, ut proji-*  
*ciamus universas uxores, quasi dubitans de*  
*venia à Deo oblinenda id dixit Sechenias, sed*  
*non tam de divina diffidens pietate, quam de*  
*scelerum convictis considerata enormitate;*  
*tanta porro est Dei nostri misericordia, ut om-*  
*nino nullum sit scelus, cuius remissionem*  
*congrua non possimus pænitentia impetrare,*  
*ut nemo de sua desperet salutem, dummodo re-*  
*sipisciens sincere salutat se ad Deum conver-*  
*tere.*

*Percuhiamus fædus... ut projiciamus: post*  
*dolorem de peccatis nobis hic iniurie necessa-*  
*rium propositum emendationis, sine quo vanns*  
*& inefficax ille comprobahir; infodere, elucet*  
*firmitas; in projectione uxorum, practica*  
*ponenda propositi execuho, amovendo occasio-*  
*nes relapsiis cum detestatione præteriti abu-*  
*sus; quod propriè projectio indicat, quā nnīcē*  
*wimur pro removendis viliis, ac nobis disipli-*  
*cenhiis objectis.*

§.

S. V. Esdras mandat, & consequitur  
gentilium uxorum a suis  
segregationem. Cap: 10. à v. 49

*Textus:* Surge tuum est discernere .. confortare u[er]ac .. ergo  
Esdras adjuravit .. ut facerent secundum verbum hoc  
& juraverint .. iuxta verbum tuum ad nos sicut habet .. &  
abierunt Esdras sacerdos, & viri principes familiarium  
¶ 4. 9. 12. 16. ¶

Placuerat Esdræ sibi à Secheria propositum  
pro Deo placando medium; hic ac principes sa-  
cerdotum & levitum adjuravit, ut id exi-  
querentur, ipse vero pro dono successu, jejunia-  
vit & oravit iterum ad Dominum. Deinde die  
vigesima Novembris iudeos universos convo-  
catus Ierosolymam, in atrio templi trementes  
propter peccatum, frigus, & pluviam (3. Esd:9.) de-  
scelere denuò redarguit, alienigenas que inno-  
res cum filiis eorum repudiare præcepit; cons-  
tituitque iudices, qui à prima die Decembris  
usque ad primam Martii examinatione fac-  
tis, illas omnes cum liberis eorum separa-  
rent à populo Israel: quo rite peracto,  
deum ultra victimis placare conahisunt,  
sic que prisina expiare crimina

Surge, tuum est decernere, securius est, 269.  
pœnitere volentibus, ut aliorum directioni se  
subjiciant; tum ut à proprio velle, cui pri-  
us adeò adhærant, assuescant averti; tum  
ne in propria judicantes causa aberrent; tū  
etiam, quia, & hac ipsa subjectione sibi vi-  
facientes, ex eo pro delictis incipiunt satisfa-  
cere.

Confortare, & fac, Esdras humilis sibi  
diffidebat ad tantum opus reductionis toter-  
rantium; vel etiam etsi Deo sideret, eam si-  
mulabat diffidentiam, ut convertendorum  
dispositionem tentaret, indeque audito & cog-  
nito eorum animo, opus aggressus est: Esdræ  
hic demitra prudenter, aliorum conversio-  
ni intenhi imitandam.

Esdras adjuravit ut  
facerent, &c convicit tandem tot ac tantis ver-  
bis & exemplis, quorum conjunctio est ad per-  
suadendum efficacissima; o ultinam omnes qui  
Dei legem persuadere tentant dictis, simul ten-  
tarent & factis, tunc profecto copiosum ex ver-  
bi Dei seminazione colligerent fructum, nec

270 essent ut merum resonans, aut cimbalum  
tinniens.

& juraverunt: magna fuit haec reso-  
lutoio iudæorum, planè seria penitentia, & ar-  
duum valde juramenum, quo se obstringunt ad  
uxores illas, charissimos que ex eis filios abji-  
ciendos, ut legi Dei satisfaciant: imitandum sa-  
nè fortitudinis exemplum, ut quæque nobis ca-  
riora sunt pro Dei amore dimittamus, juran-  
tes, & statientes cum Propheta (Is:118.) custo-  
dire iudicia justitiae Domini.

juxta verbum  
tuum ad nos, sic fiat, dicebant obedientes,  
ac Esdræ dictis velle suum cum intelligentia  
subjicientes: quod imitari debent quicunque  
aliis, maximè ex volo, sunt subjici, qui ibiis  
non erit constans ex obediencia executio, si su-  
um cum superioris iudicio non conforma-  
verint.

Abierunt &c. - n̄ quererent rem,  
Esdras scilicet, cum principibus familiarium  
præceptam separationem executionis: in hoc  
quoque Præsulum exemplar, quod quis ma-

maxime decet, quos jubent, & ipsos implere,  
tum ad propriam humilitatem, tum ad suorum  
adificationem, solatum, & conforta-  
tionem.

§. VI. Esdras populo legem exponit  
solemniter, Lib: 2. Cap: 8

Textus & dixerunt Esdra, ut afferret librum legis.. Atten-  
tit ergo Esdras.. & legit.. populus autem stabat in  
gradu suo.. & legerunt distincte & capite ad intel-  
ligendum.. & intellexerunt cum legeretur.. & fuit  
laetitia magna nimis.. & fecerunt solemnitatem 7.  
diebus, & in die octavo collectam iuxta rihum. V. 1.2.  
3. 7. 8. 18.

Die prima Novembris convocato omni po-  
pulo ierosolymam, Esdras stans in tem-  
plo e suggestu legit clare & distincte legem  
Domini a mane usque meridiem, univer-  
sa multitudine virorum & mulierum ex in-  
teriori loco audiente, flente, Deum que ado-  
rante. inde digressi festum, laetum que diem  
egerunt, ac deinceps celebrarunt iuxta le-  
gem festum tabernaculorum, palmarum,  
& collectae, Esdra quotidie legis librum illis  
legente, qui denudo penitentes delictorum,  
fodus cum Deo renovarunt solemniori ju-  
ramento servandis praecibus, rihibus, ac

272. cæremoniis per legem statutis, ut describi-  
tur cap: 9. & 10.

Dixerunt Esdræ, ut affer-  
ret librum legis; sapienſia, ac instruclionis  
cupidi: quod optimum est pro scienciam ac-  
quirendo ſcapilla principium, juxta il-  
lud Ecl: 6. Si dilexeris audire, sapiens e-  
ris: è contraria, qui sine ductore in via perfec-  
tionis ambulare præsumit, gravibus se expo-  
nit periculis, & illusionib[us].

Affulit ergo Esdras,  
& legit, bono populi satisfacturus desiderio  
audiendi; quod predicatoribus, & quoniamvis con-  
ſiliariis maximè notandum est, ut, si voluerint  
sua proficere monita, ea opportuno imperiā-  
tur tempore, quo audiēntur animi sint dis-  
positi, & ad fructuosè audiendum preparati.

Popu-  
lus stabat in gradu suo, sive inferiori loco  
ſibi competente; stabat, præ reverentia, & ut  
facilius ſibi perfecta audiaret, in gradu suo, ex  
humili obſervantia rihiſ: uhinam ſic omnes  
homines permanerent in gradu ſuo, cum vix  
illiſis

ullus sit, qui ex uno ordine non attinet ex 273.  
tolli, ut præ emulacionum confusione, jam pro-  
prius cuique gradus non valeat discerni.

legerunt distinctè, & aperte ad intelligendum,  
ut omnes publicè verba facientes deberent obser-  
vare: ut quid enim in Concionibus, sacris ve-  
Lectionib[us] tot subtilia, & emphatica verba, quæ  
auditorum plurimi non possint capere? ut quid  
tam pulchræ phrases, quæ si occupant intellectum,  
voluntatem tamen minime commovent?

intellexerunt, cum legeretur: hoc ad audiētes  
spectat, ut se attente gerant, sibi que proposi-  
ta percipiant, vel p[ro]ios libros legentes ita pro-  
priæ utilitati consilant, ut nil non meditatum  
prætereant, ac velut apes ē floribus aphiorem  
sibi succum sollicitè pertrahant.

& finit lati-  
tia magna nimis, effectus est bonæ conscientie  
ex debita pro peccato satisfactione, & vita emen-  
datione, quæ cor a peccatorum passionum, ac  
tentacionum tempestate pervenit ad divinæ con-  
solacionis portum tranquillum; ubi iam ani-  
ma

ma. in virtutum operibus laetatur, quod vere  
est laetari in Domino ~

& sacerunt solemnitas  
tem &c juxta ritum, quod additum, ho-  
diernas solemnitates nonnullas uidetur re-  
formationi subjicere, ubi si sacri omnes ob-  
servantur ritus, non pauci immiscerentur abu-  
sus, chorearum, ludorum, compotacionum,  
aliornm que excessum, qui potius gentili-  
tatem, quam Christianum. sapiunt ritum.

De

Ezdræ obitu certum quid non reperio; be-  
ne saltem arguit Nestor à Lapide longevū  
fuisse, & vitam prorogasse, ut minimum ad  
132 annos, ut computat hic in Proemio.  
Reliquos duos Ezdræ libros non habet Ecclesia  
ut canonicos, eorum tamen magna est auto-  
ritas, passim que citantur à SS. Patribus & Doc-  
toribus; & quidem Tertius eadem narrat, quæ  
primus & secundus, ad quios perinde se habere  
videatur, ut libri Paralippomenon ad quatuor  
Regum ~

 Ca-

# Caput XVI.

## Tobias

Librum Tobiae certò Canonium, & infallibili-  
tis, divineque auctoritatis Patres, & Concilia de-  
cernunt contra priscos nonnullos: ejus argu-  
mentum est vita & gesta ultius que Tobiae pa-  
tris & filii, enarrare, quorum historia ut ve-  
rissima tenenda est bona Paulum Fagium  
erroneè, & audacter eam comicam vocantem;  
quam ultiq[ue] Tobiae divino conscripsit insin-  
tu, quorum itaque nos hic solito more celebri-  
ora attingemus, eo quoniam narratio processerit or-  
dine.

### I. Tobiae prosapia, & primæ virtu- tes. cap: 1.

*Textus:* Tobias ex tribu & civitate Nephthali... in captivi-  
tate tamen positus viam veritatis non deseruit.. Cumq[ue]:  
esset junior omnibus nihil tamen puerile gesit in opere.  
Singebat consortia. Decimas suas fideliter offerens...  
cum vero factus esset vir accepit uxorem. Annam do tri-  
bu sua, genuitque ex ea filium.. quem ab infantia ti-  
mere docuit. N. 1. 2. 4. 5. 6. 9. 10.

Tobias ex patre Tobiel, avo Ananiel, & avia  
Debboræ, cuius curæ subjicitur à pater relatus or-  
phol-

276 Phanuſ, ſuit ex tribu & civitate Nephthaliti  
oriundus; caphiuſ inter alios factis à Rege  
Salmanasar, ſedulo ab idolis recedens, Deum ac  
veritatem coluit, ideoque Regis grahiam na-  
tus, facultatem accepit quocunq; velle cum-  
di; quam ille potestatem in charitatis operibus  
et fam exercit, concaphios inviendo, eisque  
solahum, ac ſubſidium ſubminifando; infe-  
rim ex uxore accepha Anna genuit filium,  
quem ſuo nomine Tobiam vocavit, piissimiſ  
que imbuſt documenſis. Morbo tandem Sal-  
manasar, ac pro eo regnante Sennacherib fi-  
lio ejus, non ceſtabat Tobias cuncta miseri-  
cordiae opera exercere, unde regis perſecu-  
tionem praecavere compulſus, cum uxore & fi-  
lio affligiens lahiit, donec post dies 45. mor-  
bo rege, quem ipſi ejus filii necarunt, reverſus  
eſt Tobias in domum ſuam, ſuis que denio  
potiis facultationis.

Tobias in captivitate via  
veritatis non deseruit, in Assyria inter ido-  
latras vera religionis cultum conſtanter reti-  
nuit: quod, teſte d. Bernardo, perfecte virtu-  
tis

277.

Etis titulus est, nempe inter malignantes inno-  
centiae refinere candorem: quia sicut gravioris  
culpa est inter bonos bonum non esse; ita, immen-  
si est praecorii, bonum etiam inter malos exhibisse,  
Verba sunt S. Gregorii 1. Mor: c. 1

Nihil tamen  
puerile gessit in opere: agebat utique senem mo-  
ribus annis puer, cum multi, deplorante Sene-  
ca (Ep: 4.) habentes auctoritatem senum, vixi sec-  
tentur puerorum: Ad Tobiae imitationem sit  
pueritia nostra senilis, & senechis puerilis, ut  
monet S. Augustinus (in Ps: n2.) ita sit nec sapien-  
tia sit cum superbia, nec humilitas nostra si-  
ne sapientia.

Fugiebat consortia, prava ido-  
lolatriam, pergens ad templum Itri oraturus,  
& adoraturus: duo haec praestanda, adolescenti-  
bus maxime, qui dese ad imitandum proclivi-  
sunt, ut à pravorum se segregent societate, &  
piis se dedant exercitiis, cum facilius sit ex-  
Nazianzeno (Orat: 20) malitiam à sociis accipe-  
re, quam virtutem eis dare,

Decimas suas fi-  
de-

278. deliter offerens, ut præscriptum erat dicit.  
c. 14. ubi ly fideliter præcipue imitandum  
venit hodiernarum decimarum solitorioris, qui  
ut plurimum, non paucis utinam fraudibus, diu  
more contentiosi contrachis ~~et~~ hanc solutionem  
perficiunt, vel viliora Deo offerunt, qui cum  
non irrideantur, merito fructus ampliores denegant.

Vir  
acepit uxorem Annam de tribu sua, doctrinam  
important singula. Vir, etiam requirit pro co-  
jugio virilem præmaturitate; accepit liberta-  
tem electionis præmonet; de tribu sua, consor-  
tis aequalitatem, conjugum que indicat curan-  
dam in omnibus conformitatem, qua in mil-  
tuum requisitum amorem, indissolubiliter de-  
veniatur.

Genuit que ex ea filium, benedictionis  
protecto, ut in hunc decursu patebit, hic que  
fructus opimus sancte in isti connubij, filiorum  
bonorum procreatio, qui bonam sortit anima  
parentum gloria existunt, ac solatium; pravis  
contra parentibus sunt peccantes filii tor-  
mento insuperabili. Quie

Quem ab infancia timere Deum docuit,<sup>279.</sup>  
haec prima debet esse parenthim cura, ut filii  
quoniam sancitatem Dei timorem ingerant  
fugam que peccati; ut quasi vasa recentia, pri-  
mo hoc imbuti liquore, id ipsum & cum serue-  
rint, semper sapient & reddeant. Sic S. Blanca  
filio suo S. Ludovico Franciae Regi, hoc crebro  
ab infancia, tanto in posterum successu, incul-  
cabat: Malo te videre animam agentem, quam  
peccatum vel unicum admittentem

## S. II. Tobiae in adversis patientia

Cap: 2. & 3 ~

Textus: Tobias plus timens Deum quam regem cor-  
pora oleiorum occultabat. & sepietebat. conti-  
git autem ut ... ex nido hyruindinum dormienti il-  
li calida stercore inciderent super oculos fieret que  
caecus ... immobilis in Dei timore permanxit agens  
gratias Deo .. irridebant vitam ejus. Tobias vero  
increpabat eos. V. 9. 10. 11. 14. 15. 17. Exaudita  
sunt preces amorum .. & missus est Angelus  
Dni S. Raphael. Cap: 3. V. 24. 25. ~

Anno etatis sue 56. Tobias, die quadam  
in mortuorum sepultura fatigatus, domi  
obdormiebat; cum ecce ~~penitus~~ de imminen-  
ti hyruindinum nido calida stercore in

oculos, et si dormientis apertos, ut assolet evenire, rectò dilabuntur, excæcant que jacentem, insuper ab Anna uxore sua textrice, ceteris que cognatis exprobatur, quod frustra eleemosynas ficeret, mortuos ve sepeliret; ipse vero Deum interim cum lachrymis orabat, atque ut sibi mori concederet ingemiscens instabat. Quo tempore, & Sara filia Raguelis, Deum pariter cum Heli, & jejunio exorabat, ut ab illo liberaretur improprio, quod in Rages Medorum civitate passa erat ab ancilla patris sui propter ipsius maritos septem, à dæmonio in primo congressu occisos: sic que simul orantes Tobias & Sara, simul etiam à Deo exaudiuntur, ac ab Angelo Raphaële Dei Medicina mirabiliter curantur, & recreantur.

Tobias plus  
timens Deum, quam Regem, non ut mundani, qui ut sitorum gratanter exequuntur iussa principium, Divina posthabere solent mandata, corruptibilis potius appetentes corona,

næ, quām æternæ remunerationis solliciti<sup>281.</sup>  
sed verò cum hic manentem non habeamus  
civitatem, qui mundo servit & dominis ejus,  
non habet & quo præmiatur in futura civi-  
tate, ad quam omnes tendimus, æternitatem  
scilicet, ubi soli regnabunt, qui Deo servie-  
rint.

Contigit autem, non tamen sine pro-  
vida Dei dispositione, quæ, quæ nobis vide-  
tur fortuitò accidere, mira ordinantur pro-  
videntia; & quæ, ut hic, corpori sunt adver-  
sa, ad veram animæ diriguntur prosperita-  
tem, unde ut aurum per ignem purificata  
aphor sit terrenis despiciendis, ac contempla-  
būs cœlestibus.

Ex nido hirundinum, &c si hinc  
Tobias invigilasset, cæcitatis damnum eva-  
sisset, quia securiorem sibi locum elegisset;  
qui utique picem tangit inquinatur ab ea;  
& qui uitiorum amplexibus fuerit stercora,  
cruelici cæcitate afficiebit, ratione cuius cœ-  
lestè lumen divinæ motionis non videat, ga-  
dium que bona conscienciam non sentiat.

282. immobilis in Dei timore, & vere S. Au-  
gustinus, vel apud ipsum. Auctor questionum  
ex illoq. Testam: q: 119. In egestate <sup>equitatem</sup>  
servare (inquit) vera & perfecta justitia est.  
Sanchi Tobiae erodus ad Deum animus, nec cap-  
tivitate frachis, nec inopia humiliatus: hic  
quippe status viri perfecti, qui terrena cuncta  
tam adversa, quam prospera despiciens, corde  
fixus in celo est.

Irridebant vitam ejus. To-  
bias vero increbat eos: solita iustorum  
persecutio, ut impiis sint irrisio, sed vero  
illi magna perfruuntur pace, nec de sua do-  
lent injuria, sed de Dei offensa, aliorum que-  
cula: cum potius gaudeant pro Dño oppro-  
bia perpetrari, & propter iustitiam persecutio-  
nem pati: atque solum increpant, ne Dei no-  
men blasphemetur, vel ut errantium corda  
resipiscant.

Exaudite sunt preces amborum,  
Tobiae scilicet, & Saræ, uterque enim in tribu-  
tatione invocavit Dñum, qui potens & misericors

ricors est in omnes, qui invocant illum, ita<sup>283.</sup>  
ut etiam faciat cum tentatione proveniri;  
quia dicens Petro Apostolo (Epist: 1 c. 1.) modi-  
cum nunc si oportet contrastari in variis ten-  
tationibus, ut probatio vestrae fidei multo pre-  
ciosior auro (quod per ignem probatur) inve-  
niatur.

& missus est Angelus Domini S. Raphael  
en de celo solarium ultrique advenit; en cae-  
lestis medicus mittitur, qui ultriusque oratio-  
nem Domino oblulerat ut ipsemet testatur  
cap: II. Ego obliui orationem tuam Domino: Ora-  
tionem quidem Tobiae pro cecitate oculorum;  
orationem vero Sarce pro humiliatione pa-  
renhim, ut legunt Hebrei. O! mira Dei ad  
homines dignatio! O! miranda ac imitanda  
Angelorum humilitas! O! laudanda oratio-  
nis, & patientiae efficacia!

**S. III. Tobias junior à patre mis-  
sus in Rages, Angelum ha-  
bet comitem in vita. Cap: 4.5.6.**

**Textus:** Audi fili mi ... omnibus diebus vite tuae in  
men-

menē habeto deum .. fac elemosynam .. atque filii ab omni fornicacione = cap: 4. v. 6. 7. 13. = Egressus Tobias invenit juvenem splendidum .. ego ducam & reducam eam ad te = cap: 5. v. 5. 15. = Et ecce piscis immanis exiit ad devorandum eum .. sumus ejus exticat omne genus demoniorum . & fel valet ad ungendos oculos . cap: 6. v. 2. 8. 9 ~

Tobias cum putaret se jam brevi moriturum , ut deum fuerat deprecatus , Tobias filio suo piissima salutis inculcavit monita duodecim , jussit que ut Rages peteret , civitatem Medorum principem in monte Ecabantis sitam , ibi que recuperaret decem argenti talenta , quae ibidem ille Gabelo sub chirographo olim mutuaverat . Egressus ergo Tobias junior ut ducem quereret itineris , invenit Raphaalem Angelum sub specie juvenili ignotum , quo duce , post monitum patrem , viam aggressus est : Ubi ad suvium Tigridem venissent , Tobias pedes ablutiunis se invadentem pistem grandem Raphaelis hortahit apprehendit , & exterat ; ejus carnes pro viatico , cor , fel , & jecur , eodem docente , reservans ad profundi-  
ra .

285.

ra pat̄i, ac post accipiendā conjugi me-  
dicamina.

Audi, fili mi, salutaria Pater  
filio parat monita, velut ditissimum prae-  
omnibus ex testamento legatum, quo caelestes  
valent acquiri divitiae, si eos suscipiantur af-  
fectu, quo temporalia admittuntur testam̄-  
um relata: unde Audi inculcat, quia fides  
ex audīt̄, & beati qui audiunt̄ verbum Dei,  
ut illud possint custodire, neque enim crede-  
re possent, in quem non audiuerint.

In men-  
te habeto Deum, juxta illud Proverb: 3.6.  
in omnibus viis suis cogita Dñm, & ipse  
diriget gressus tuos: ubi Dei presentis con-  
tinua commendatur recordatio, ut ejus vi-  
tetur offensa, & omnium cogitationum, ver-  
borum, atque operum intendatur perfectio,  
ut ipse Deus ad Abraham (Gen:17.) Ambula co-  
ram me, & esto perfectus: quasi promitteret:  
& eris perfectus.

UNIVERSITATIS  
DE  
GRANADA

plu-

286. plures & uberes ibidem insinuat fructus,  
inter quos maxime exoptandus, quo Deus eū  
promittitur non passurus ire in tenebras, seu  
(ut Augustinus interpretatur hom: 47. interro)  
eternas tolerare flamas, sed potius danti  
terram, & terrena Deus liberalissime retri-  
buuit cælum, ac cælestia.

Attende tibi filimi,  
ab omni fornicatione: salutare profecto ju-  
veni documentum. ubi etas apłissimum pa-  
rat libidinis incitamentum, ni malura ob-  
sistat attentio pro vitandis ad extra pericu-  
lis, ac cupidinis motibus ab intra coercen-  
dis, quibus cum pugna continax, sed victoria  
admodum rara verum adeo necessaria, ut de-  
victis immineat perpetua gehenna in stagno  
ardenti igne & sulphure, ut fulminat Ioan-  
nes Apocal: 21. 8.

Egressus Tobias invenit ju-  
venem splendidum Raphaalem utique Ar-  
changelum sub ea specie, fortitudinem simul  
ac claritatem amabilem referente; ignotum,

287.

sed viam paranti maximè accepimus, & per-  
gratum ubi edocemur, viam quoque spiritu-  
alem non facile sine ductore incedam; nobis  
que sub Prelatorum specie quasi larvatos in  
eā assistere dices Angelos, qui ab omni nos er-  
rore, & lapsu liberos per viam non paucis  
refertam offendiculis securè condicant.

Ego du-  
cam, & reducam eum ad te, dicebat Angelus  
Tobiae patri: quæ optimi ductoris promissio  
est: multi namque ita dicunt, ut tamen non  
valeant reducere, quia cœci dicunt, se videre  
presumentes, ita ut dum incantes suis atten-  
tant regere consiliis, ac doctrinis, & hos, & se  
ipsos in profundam errorum foveam præci-  
pitant, plus sapere volentes, quam oportet  
in via, in qua alios regere est difficillimum,  
& aliis praesesse tremendo obnoxium Dei ju-  
dicio.

*Et ecce piscis immanis, &c. quem pis-  
cem verisimilius cum Franc: Valesio Sac: Phil:  
c. 42. dixeris, fuisse Callionymum, ex se qui-  
dem*

288 dem marinum, sed & in fluviiis grandibus  
ex mari redundantia reperi solitum: hic  
ergo de se vorax, ac stolidus Tobiam inva-  
sit, dæmonem prefigurans viam dei ingres-  
sorum voraci occursum invadentem, ad animas pra-  
vo suggestu devorandas, ni custodis Angeli  
tortatu branchia ejus apprehendant, seu su-  
perbiam humili obedientia devincant.

Fir-

mus ejus extricat omne genus dæmoniorum,  
super quæ hæc extant Givi Aug: verba ser: 4  
de Petro & Paulo: Est (inquit) Christus piscis  
ille, qui ad Tobiam ascendit de flumine vivus,  
cujus recore per passionem assato fugatus  
est diabolus, & per amaritudinem sellis af-  
flatus est cœcus, & illuminatus est mundus:  
illum sumum que ~~filium~~ dæmonis artes extricare,  
est memoriam sacræ Passionis tentationes  
omnes quantumvis intricatus devolvere, ac  
dissipare.

& fel ualeat ad ungendo oculos, &  
& sanè mortificationis amaricies oculos mē-  
tis